¹ Ἀρμόδιου μέλος, τὸ ἐπὶ Ἀρμόδιῳ ποιηθὲν σκολιὸν ὑπὸ Καλλιστράτου, οὕτως ἔλεγον. Hesychius in Ἀρμόδιου μέλος.

I shall now close this article with observing, that the reading of *νῦν* in the fifth line of the first fragment seems confirmed by the formation of the Latin datives 'cui' and 'huic.' Read *νῦν*, or what you like,—it must be the dative used adverbially. But, as the Latin is closely akin to the Æolic dialect of the Greek, it seems reasonable to think that *νῦν* is formed after the manner of the above-mentioned datives.

1813.

N. A.

ON THE QUANTITY OF νῦν IN COMIC VERSE.

TO THE EDITOR OF THE CLASSICAL JOURNAL.

THE author of some notes on the *Electra* of Sophocles lately published, has expressed it as his belief, that the quantity of the enclitic *νῦν* is, in comedy, always *long*. Instances, indeed, in support of this opinion, he has given us none: and, unless we are very much mistaken, he will find some difficulty in producing one, in *Aristophanes* at least. This hasty assertion (an assertion, by the way, which ought never to have been made without actual proof) we conceive to have been occasioned by this circumstance: viz. that nearly in every place where the word is found to occur, it is made long by *position*, or is so circumstanced that the quantity may be either long or short. This will instantly appear on referring to the following passages: *Plut.* 413. 414. 766. 789. *Ran.* 494. 502. 519. 1378: *Equit.* 105. 113. 1384. *Acharn.* 833. 1019. *Pax,* 670. 706. 851. 871. 937. 1056. 1207. Neither is it to be passed over in silence that, in nearly all these instances, the word is followed by a vowel.

In the *Equit.* 1218. we have the line,

ὄρεαι νῦν; ἄμοι τῶν ἀγαθῶν ὄσον πλάα.

The difficulty, it is true, might be got over by reading *νῦν*.—*Sed hoc est quidlibet fingere ex quolibet.* Those who think of escaping in this way are referred to the Scholiast on *Plut.* 414. to *Hemsterhuis* on the same Play, 766. 788. 965. and, more particularly, 976. and to *H. Stephens' Greek Thesaurus*, Vol. ii. p. 1680.

1813.

S. S. I.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only**

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



TWO ORATIONS

Spoken at OXFORD in the 17th Century.

WE present our readers with two specimens of the Oratory and Latinity of those times. They will see the difference between the style of a Public Orator in the 17th and in the 19th century. The subjects, however, are interesting, and the sentiments creditable.

Oratio habita in Domo Convocationis OXON. Maii 29. 1620 cum sereniss. Rex JACOBUS Opera sua Academiae Don dederit.

IN re tam *Augusta*, tam *Basilica*, quorsum (*Academici*) mori solito angustis hisce parietum carceribus vestrum compingitis Oratorem? Regum dicta et facta omnium oculos auresque traherent, qui fructum sunt peritura, si solitudini ostendantur. Non itaque inter privatos parietes, sed in toto terrarum orbe quaerendus suggesti locus: Nam quicquid usquam hominum est, meum Auditorium est: Ita sub diffusivus serenissimus JACOBUS, ut beneficium, quod vestrae solummodò mandavit custodiae, vestri solummodò non faceret Juris: Mansueta illius Sublimitas et Gratiis stipata Severitas excludunt neminem, nisi *ἄμωρον*. At hic refugit animus, et reformidat eloqui, quæ subito, et penè improvise cogitavi. Onerosa profectò mihi est, et insolitum incutit timorem *Nominis* tanti, vel potius *Numinis* Majestas: Non enim vox Hominem sonat; aut si hominem, certè Hominem supra hominem positum. Quòd difficilius mihi perorandi locus, cum ita laudem, ut pertimescam, ita approbem, ut ingenii culpam laudes deteram. Quid quaeso est in hoc Theatro Universitatis Rerum, quod *Regia* illius Excellentia, haud dicam non attigerit, aut degustarit, sed penetrarit, et excusserit? Si quaeratis specimen, Aureum illud Magnificentiae suae munus contemplantini, in quo voces sententiae sunt, verba oracula, ut mihi *tam pulchrè videatur scribere, quàm regere*. O Regem; *Seculi, non Ornamentum dicam, sed Miraculum*, à quo Solo tantum expectare beneficium aeternitas Ingeniorum potuit! Paucis hoc concessum Regibus minimè otiosi, cum maximè possint otiosi; avarissimè servare tempus, nihilque per incuriam pati excidere. Optimè de patriâ, et humano genere meretur *Justinianus Cæsar*, quòd cives formaturus, indigestam *Juris Civilis* molem Autoritate sua, sed vicariis subsidiis redegit in Epitomen. Quantò rectiùs Monarcha JACOBUS, cujus Ipsius erudita pietas Historica, Politica, Theologica deprompsit, ut Viros, Cives, verèque Christianos, reddat. De *Deo* cum Theologo disserit; cum Jurisconsulto inextricabiles nodos, legumque aenigmata affabrè explicat, et laboranti *Astrææ* succurrit, Cum Politico reipublicæ morbos, et remedia loquitur, et (ut verbo perstringam omnia) hoc profectò agit, quod singuli. Sed quoties *Sacrarum Literarum* limina speciali quodam Jure subiit, in *Rege Ambrosium*, aut *Augustinum*, aut sanè Antistitem aliquem crederes

loquutum, aded dextrè divinæ Paginæ sensum exposuit. Sic plus literaria illius quies prosit hominibus, quàm aliorum sudor, et irrequietus labor. O foelicem Academiam, quæ tam regali deposito superbire gestit! Desinite tandem fugitiva aliorum Inventa, subtiles, et inanes *Metaphysices* Abstractiones curiosius venari. Istiusmodi enim literæ ad virtutem doctoribus parùm profuerunt: Postulare videtur vestri Judicii maturitas, ingenii acumen, animi robur, ut non tam Scholæ studeatis, quàm Reipublicæ. Volvenda et revolvenda sunt.

Nocturnâ versanda manu, versanda diurnâ, haud *Varronis* alicujus, sed Regis πολυμαθεστάτου Opera, quæ vos peregrinantes, et veluti in Patriâ hospites domum perducent, ut unde, qui, et ubi sitis, exploratum habeatis. Hic docetur Ars omnium pulcherrima, Imperare scilicet et Parere. Hic discatis frigere sine usu disputationes, nisi in mediam proferatis lucem, quæ in hac umbratili Exercitatione disseruntur. Cùm igitur digni tanto honore, tantaque reperti sitis foelicitate, ut initium et finis studiorum à *Voce Imperatoriâ* procedant, conatus vestros pulcherrima spes foveat, posse etiam et vos (si *Solis* et *Apollinis* vestri ductum sequamini) ad honores, et dignitates designari. *Academia* distinguitur Scholis, clarescit Collegiis, floret disciplinis, at ut ab *Authore*, ita ab *hoc opere* Nomen tuetur.

Bibliotheca non erit literarum Ædificium, sed Miraculum, quia hunc Orbis totius Thesaurum continebit. Ipsi *veterum* libri gloriâ spoliati, senio, et vetustate squalidi, novo hoc *Radio* profinus resplendent. Quocirca circumferte hanc famæ vestræ Facem, ut diffusiori luceat radio. Cujus enim industriam non exacuat tam luculentum Favoris auxilium? Quisquamne erit, qui ætatem inertis solvet otio, cum *Principis* labores et studia quotidie in oculis, et manibus versentur? Quisquamne erit, qui ingenium situ et sordibus obsolescere patietur, cùm cogitârit Principi, sive in Curiâ, sive in Senatu, unum utrobique negotium Legere, et Scribere? Æstuat hic Oratio, et læto, liberóque motu ardet evagari; sed reprimam stili pertinaciam, ne in alienam videar involare messem; quod tamen minimè timendum est Laudatori tanti Regis; Nam cùm omnia effundant omnes, semper novus veniat Laudator Ejus, tantam facultatem, et copiam suppeditat dictorum, factorúmque Amplitudo. Quid superest (*Academici*, usque ad invidiam foelicissimi) nisi ut Cæleste hoc Ancile *Bodleiano Mnemosynes* Fano consecretis?

*Dividite muros, et mœnia pandite circum
Sacra canant vates.*

Sic nos, *Fælix Palladium sacratâ sistimus Arce.*

*Oratio habita in Domo Convocationis OXON. Maii. 29. 1620.
cùm Sereniss. R. Jac. Opera sua Acad. dono dederit: à RICHARDO GARDINER, ex Æde Christi A. M. Oratore Publico Deputato.*

*De salvo, et incolumi Regis CAROLI Reditu ad Oxonium a
asperâ Martis Pugnâ circa Collem, Edge-Hill vocatum, in
ampliori Aedis Christi Areâ, Gratulatio Octob. 29. 1642.*

DABIS veniam, Regum *Augustissime*, si deplorata, et propè ex-
pans Academia vix erigat oculos præ dolore madidos, præ pudori
solo defixos, ad *Serenitatis* Vestræ lucem intuendam. Proh Fidem
Undique prorumpit immanis belli intestivi furor, passim irrepit
vafra, et perfida ingenia, aded ut de salute vestrâ simus sollici
etiam dum loquimur. Aciem instruere in tutelam nec penes Aca-
demicos, nec fas: imò eò res delapsa est, ut nobis inermibus planè
religio sit, circumforaneo cuilibet sicario cædem minitanti inulta
præbere cervices: Ac si non vivatur in Regno CAROLINO, sed (quo
intimè in votis est scelere, et egestate perditis) in magno quodam
Latrocinio. Præstò tamen est *Legio Fulminatrix*, nimirum depre-
Precum et *Lachrymarum* agmina, quæ contra, nec mare, nec tellus
nec conjuratæ Inferorum portæ attollent cristas. Hæ sunt machina
Academicæ, hæc propugnacula, et munimenta *Ecclesiæ* pro incolumi-
tate Vestrâ. Adest etiam in procinctu tota *Stagiritæ* cohors, *Grex*
Aristotelicus, qui non solum *Intentionali* conceptuum obsequio, sed
omni *Rerum* conamine, et totis *Prædicamentorum Classibus* Tuam
colit Majestatem. Nec immeritò: Quicquid enim Tibi evenit,
nostrum est, participamus dolores æquè ac gaudia. Si magno cona-
tui alma pax arriserit, agimus triumphum; sin inauspicatius (quòd
absit) succedant omnia, res ad manticam venit, actum est de doc-
trinæ incrementis, et universo *Musarum* populo. Quocirca cum prelii
nuperrimi constans fama increbuisse (in quo satis patuit quantam
animi celsitatem gereret pectus vestrum mansuetum, et generosum)
contrahebantur animi in singultus, et suspiria, nec quidquam nobis
sincerum, et firmum supererat præter *Votum*. Totos artus invasit
tremor, ne spectatissimam *Personam* vestram, ardentem, et alacrem in
arenâ consistentem, Alterum latus Principe CAROLO stipante, Alte-
rum *Duce Eboracensi*, nequissimus quispiam Insidiator in extremum
induceret discrimen. Nunc autem, *Majestate* Vestrâ salvâ visâ, in
liberiores expatiamur gratulationes: quippe quòd magis solliciti fuimus
ex tuo periculo, eò fusiùs lætamur tuâ salute, et sic ipso fruimur
mœrore. Quàm suspicimus affectûs Vestri fidem! Quàm agnoscimus
indefessam indulgentiæ pertinaciam! Satis mirari non possumus
favoris vestri stas vices. Alii eâdem aurâ, quâ spem erigunt,
destruunt; Tu is es, qui, quod dicis, statuis, et superni *Moderatoris*
exemplo, atque auxilio, dicendo facis. Officiosi istius gaudii pensum
imperavit mihi communis *Salutantium* turba, quâ distenta fervent
atria: aliquam etiam religiosæ mentis victimam immolare jussit pri-
vata observantiæ conscientia. Siquidem in isto rerum turbine
placuit Candori Vestro me perturbatum, et in latibulis abditum extra-
here in lucem et solem spectandæ vestræ *Clientelæ*. Expansâ tituli
dignitate, indies crescentia procudam officia, et nostrum perenne
obsequium, nec moram agnoscat, nec terminum. Non est instituti
nostri orationis cursum productioni filo extendere. Brevitas semper
grata, in hisce difficultatibus necessaria: supersedebo itaque Rhe-
toricari, et quod nostri muneris est, Oratoris sancti partes agam.

Crescat Imperii Vestri Majestas, augeatur magnifica Regiæ stirpis gloria, secundo semper veharis flatu; Agri, Urbes, singulæ ditionis Vestræ oræ, ac anguli deponant simultates, et in veterem cœant reverentiam: Germinent fides altis radicibus, existimatio foris, Pax Republicæ, et opulenta serenitas coalescant, ac, ut verbo complectar omnia,

Serus in Cœlum redeas, diuque
Lætus intersis populo Britanno.

Sic Acad. Oxon. nomine peroravit RICHARDUS GARDINER,
Ex Æde Christi.

BIBLICAL CRITICISM.

THE idea which J. H. M. S. suggested in his note, in No. XIII. with respect to that *Cruz Criticorum*, Gen. xxxvi. 24., has occupied a great portion of the little leisure which I have; and if you think the following remarks, borrowed and original, upon *דָּוָן* worthy of insertion, they are at your service.

J. M.

J. H. M. S. says, "Cannot this word be supposed to be the same with that in Deut. ii. 10. and 11.?" This query, which he does not support by any argument, but which is in direct opposition to the doctrine laid down by M. S. M. induced me to have recourse to Poole, to see if there existed any grounds for such a supposition. I thought, from the slight notice which M. S. M. has taken of this prince of commentators, that his judgment would be in favor of the interpretation of this word, by our word *mules*, and turned to him more with the idea of seeing whether any one had attempted to defend the rendering of it by *Emim*, or *Giants*, than with any hopes of finding him of that way of thinking; but judge my surprise, when I found him clearly and positively declaring, that his opinion exactly coincided with that of J. H. M. S. I believe that any other person would have drawn the deduction that I did from M. S. M.'s mention of the "learned Poole," (see *Classical Journal*, Vol. vi. p. 39.); but the judgment of that Colossus of Biblical Criticism shall be given in his own words; and in giving them, I shall make no apology for transcribing the whole of the passage, as far as relates to the question, whether *דָּוָן* should be rendered *mules* or *giants*, lest I should be considered guilty of the faults which I reprobate in M. S. M.

After stating, and disproving in the clearest manner, the renderings *seas*, *water*, and *warm waters*, and observing, fourthly, that others express the Hebrew word by the corresponding Greek

letters, and thus form it into *'Iapely*, (possibly for the reason given by M. S. M. in his note,) he proceeds thus: "5. Alii *mulos* vertunt; ita Hebræi in Paul. Fagium, Kimhi in Munster:—Abenmel. in Drusium: ita Targum Jon. et Bereshith Rabba 5. 8. et Rabbini Juda et Jarchi, et Pomar. Aquin. omnesque Hebræi recentiores, et Persa et Arabica Vers: et omnes ferè interpretes et lexicographi: Bocharti Hieroz. 1. 2. 21. 239.¹ Ita Munsterus, Fagius, Vatablus, Grotius, Pagninus, Oleaster, Tigurinus, Junius et Tremellius, Ainsworthus et Piscator." A host of names, which to oppose seems rashness. Junius, Piscator, and the Versio Belgica, add as an explanation to the phrase *mulos invenit*, "i. e. Artem excogitavit, quâ ex admissurâ equi et asinæ muli procrearentur"—"Probatur ex eo," says one annotator, "quod *invenisse* dicitur, &c. cum pasceret asinos."

These form the whole of the authorities for the opinion, that by the word *מִלִּים* we are to understand *mules*. The arguments against these shall now be adduced:—and to begin with the slight remark made at the end of them: "Non placet (sc. hæcce probatio) aliis—Boufrerius dicit, quasi verò quicquid homo reperit inter pascendum asinos, id omne ad asinos debeat pertinere—Et Bochartus scribit, non ex solis asinis procreantur muli; equorum autem nulla hic mentio." But the great assertion which I make is, that *מִלִּים* cannot signify *mules*. This, I think, will appear from the three following arguments: the first of which only, though he must have been aware of the existence of them all, M. S. M. attempts to controvert. *מִלִּים* cannot signify *mules*, "Sic probatur: Imo. quia illa vox nusquam mulos significat, (quod docent Bochartus et alii); muli autem *מִלִּים* dicuntur—Hoc omnibus notissimum est. 2do. Non diceretur *invenisse* mulos Ana, quia *אָנָה*, licet in S. S. exstet locis plus 400, nusquam significat *excogitare quod non est*, sed *reperire rem jam exstantem*. 3tio. Probabile est mulorum usum in illis locis non fuisse tam vetustum: nam in armentis et gregibus Abrahami, Isaaci, et Jacobi, et aliorum (Num. xxxi. Jos. vi. Jud. vi. 1 Sam. xv. &c.) censentur, camelî, equi, &c. at muli nusquam—nec ante Davidis tempora, ut docet Bochartus, leguntur mulis usi."

These three arguments are, I think, sufficient to show, that *מִלִּים* cannot be rendered *mules*, even though so great a host of commentators propose or defend such an interpretation. I now

¹ Instead of reading "ita ó Aq. Sym. et Th. in Boch. Hier. 242. 30." as in M. S. M.'s letter, read "ita ó Aq. Sym. et Th. in Boch. Hier. 1. 2. 21. 242. 30.—ó is used to express the Septuagint version.

proceed, in the words of Poole, to lay down some reasons why we should render it Emim or Giants. His words are “Onkelos vertit עֲמִי, (quod tamen Fagius trahit ad mulos, qui עֲמִי dicuntur, vel ab עֲמִי robore, (quòd onera gravia ferunt,) vel ab עֲמִי terrore) vid. Fag. Transl: præcip. V. T. coll. Sed Chaldæam vocem, ut bene monet Rivetus, ubique pro gigantibus usurpat. Bochartus ipse vertit *gigantes*; et eodem recidit, quod Samaritanâ versio reddit, Emæos, quia hi inter gigantes erant, Deut. ii. 10, 11. Illis itaque *Jemim* iidem sunt qui *Emim*, quorum nomen Hebræi vel cum Jod עֲמִי scribunt, vel עֲמִי, sine Jod. Prius si sequamur, dicendum, in עֲמִי excidisse עֲ,” cujus excisionis permulta dentur exempla; “et, ut idem est Aram, Matth. i. 3., qui Ram, Ruth iv. 19.; idem locus עֲמִי, 1 Sam. xvii. 1. et עֲמִי, 1 Par. xi. 13.; iidem populi Aramim et Ramim, 2 Par. xxii. 5. ita Emæi, vel cum עֲ, עֲמִי, vel sine עֲ, עֲמִי, dici potuisse constat. At si sequamur posterius, עֲמִי erit pro עֲמִי, וְ et עֲ permutatis.” Cujus mutationis exempla perscribere inutile foret. “Adde quòd עֲמִי hodie legitur in Hebræo exemplari qui Parisiis editus est caractere Samaritano.”

These arguments seem to me to have great weight: if they can be confuted, I shall be happy to see M. S. M. reply to them; for though they express my ideas on the subject, and are therefore pleasing to me, still “magis amica veritas.”

But to proceed with Poole—“Si sic igitur intelligas,” says he, “loci, alioqui obscuri et intricati, sensus apertus erit et percommodus. Hos Emæos *invenisse* dicitur Ana, phrasi Hebraicâ: hoc est, vel in eos incidit, vel etiam irruit in illos ex improvise. Ita verbum *inveniendi* sumitur Jud. i. 5., 1 Sam. xxxi. 3., et multis aliis locis. Aut igitur paratas insidias virtute suâ elusit, aut magnâ clade eos affecit. Et hoc eò fit verisimilius, quòd Emæi Horæis vicini erant (ut constat ex Gen. xiv. 5, 6., et præcipuè ex Deut. ii. 9, 10, 11, 12.) ut nihil tam proclive fuit, quàm hos illorum, aut illos horum fines invadere.”

M. S. M. will perceive that these arguments are borrowed, but surely he cannot object to my stating the whole of the arguments on both sides, as given by such a writer as Poole, when he himself selects, and for the sake of appearance affixes, Poole's name to such part of his commentary upon this passage as may suit his own opinion. The extract, too, is made so unfairly, that it reminds us of the quotation from the Psalms, “There is no God;” for the part which M. S. M. has brought forward as having received the approbation of Poole, is the very part which that candid com-

mentator has taken the greatest pains to confute. I do not challenge, or wish to provoke a controversy, but only to elicit truth; and desiring that my errors in judgment may be pointed out, I conclude: hoping at the same time that the faults, “*quas aut incuria fudit Aut humana parùm cavit natura,*” may be passed over in kindness.

ANECDOTES OF REMARKABLE FEMALES.

I am not quite certain whether Anecdotes relating to persons eminently distinguished for their literary researches, fall immediately under your cognizance—but if they should, perhaps you will not esteem the following remarks on Females famed for their acquisitions as totally irrelevant, and they may perhaps tend to convince your readers that sense was formerly as amiable to Women of Beauty, as Beauty is now agreeable to men of sense.

We all know perfectly well that in Greece there were ladies who slept in the shades of Parnassus and drank of the Castalian stream: why then, I would inquire, should we tacitly suffer Females of more modern times to sink into oblivion?

LODOICA SARACENA LUGDUNENSIS.

It will hardly be credited that this most extraordinary creature was thoroughly versed in the Greek, Latin, and Hebrew, tongues at the early age of eight years, but the following extract will sufficiently elucidate the assertion.

Precibus (asserit Lud. Enochus, Epistola ad Petrum Filium in Lib. 1. Part. Grammatic.) *à Deo te nihil non impetrare posse Fratres Saraceni Latinè Græcèque docti, quasi signo sublato, satis ostendunt; præcipuè verò eorum soror Lodoica, annos octo nata, fratribus quàm ipsa paulo majusculis, neutrius linguæ, sed ne Hebraicæ quidem, laudem relinquens.*

He then urges his son not to suffer himself *eruditione superari à Medici filio*—and adds: *Illa etsi cum suavissimis fratribus doctissimo parenti est charissima: Scito tamen, Fili, si frans quàm calcuribus te magis egere intellexero, multo te mihi fore chariorem.*

The opinion of this anxious father is thus supported—

Philibertus Saracenus Medicus superstitem reliquit filiam Lodoicam Saracenam, Literas Hebraicas, Græcas, et Latinas doctam, &c. &c.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

HOLY BIBLE

Continue

*Fair use policy applies


INSCRIPTIONS FOUND AT SAGUNTUM.

WE have been favored with the following additional Inscriptio
lately brought into this country, and hope to be able to give some
explanation of them in a future number.


The following rules are collected from some of the most distinguished Spanish antiquaries.

1. The characters both of the Celtiberians, and of the Turdetani, are to chiefly referred to the most ancient Greek and Etruscan.
2. There are several letters admitted to be doubtful.
3. There are double letters, which frequently recur.
4. The vowels are sometimes expressed, but often are to be supplied.
5. Words are seldom written at full length.

No. 16.



No. 17.



No. 18.

FABIAMLP N̄DARA
MFABIUS PROPIN
QVVS - F

No. 19.

FABIAQL - HIRVNDQ
AN XXX

No. 20.

A C A
SERGILLAE
L - TERENTIVSFRATERNVS
ADFINI

GREGORII NAZIANZENI EPIGRAMMATA SELECTA QUÆ-
DAM: RECENSUIT
H. S. BOYD.

Εἰς Εὐφήμιον.

Τίς τίνος; Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος ἐνθάδε κᾶται·
Οὗτος ὁ Καππαδόκαις πᾶσι διὰ στόματος·
Οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μούσαις ἔδσαν, οἱ δ' Ἰμένοι
Ἀμφὶ θύρας, ἦλθεν δ' ὁ φθόγγος ὠκύτερος.

Εἰς αὐτόν.

Δὶ Χάριτες Μούσησι, τί ρέξομεν; οὐκέτ' ἄγαλμα
 Χειρῶν ἡμετέρων Εὐφήμιος ἐν μερόπεσσι.
 Χ' αἱ Μοῦσαι Χαρίτεσσιν, ἐπεὶ φθόνος ἐστὶν ἀλιτρός,
 Τόσσον ἔχοι, ἡμῖν δὲ τὸδ' ὄρκιον ἔμπεδον ἔστω.
 Μηκέτ' ἀναστῆσαι τοῖον μερόπεσσι ἄγαλμα.

Εἰς αὐτόν.

Στράψε μέγ' ἀνθρώποις Εὐφήμιος, ἀλλ' ἐπὶ τύτθον·
 Καὶ γὰρ ἔτ' ἀστεροπῆς οὐ μακρόν ἐστι σέλας.
 Στράψεν ὁμοῦ σοφίῃ τε, καὶ εἰδεῖ, καὶ πραπίδεςσι·
 Τὰ πρὶν Καππαδόκαις ἦν κλέα, νῦν δὲ γόος.

Εἰς αὐτόν.

*Ερνος ἀνώμητον, Μούσων τέκος, εἶαρ ἐταίρων,
 Καὶ χρύσου Χαρίτων πλέγμα ἰσπεφάνων,
 *Ὡχετο ἐκ μερόπων Εὐφήμιος, οὐδέτ' ἀνέσχευ
 Αἶ, αἶ, τοῖς θαλάμοις πυρσὸν ὃν ἤψεν *Ερως.

Εἰς αὐτόν.

Κρῆναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλσρα, καὶ λαλαγεῦντες
 *Ὀρνίθες λιγυροὶ καλὸν ἐπ' ἀκρεμόνων,
 Ἄδραί τ' αἰ μάλακον συρτήμασι κῶμα φέρουσαι,
 Καὶ κῆποι Χαρίτων εἰς ἐν ἀγειρομένων,
 Κλαύσατε ὧ χαρίεσσ' Εὐφημιάς, ὡς σε θανῶν περ
 Εὐφημος κλεινὴν θῆκεν ἐπωνυμίην.
 Κάλλιμος ἠϊθέων Εὐφήμιος εἶποτ' ἔην γε·
 Κάλλιμος ἐν χώροις χῶρος ὄδ' Ἡλύσιος.
 Τῶνεκεν εἰς ἐν ἀγερθεν, ἐπεὶ ζωὴν μὲν ἔλειψεν,
 Οὔνομα δ' αὐτῷ χώρῳ κάλλιπεν ἠγαθέω.

July 13, 1813.

PROLEGOMENA IN HOMERUM,
&c. &c.

Vide no. *Ult.* p. 321.

LIX. IN *Odyssea* perinde atque *Iliade* δεικτικὸς et ἐμφατικὸς est tantummodo articulus; nostratum Britannorum, quam Græcorum posteriorum, Atticorum præsertim, consuetudini loquendi aptior; atque ubi aliter usurpatus sit, pro rhapsodi alicujus fœtu habendus, et, cum cæteris ejusmodi sordibus, haud cunctanter ejiciendus. Cum autem carmina poetæ ac rhapsodi veteres gestu vehementiore recitare solerent; et, scenico quodam more, inter recitandum, voce, vultu, manu, ac totius corporis motu, animorum affectus exprimere, et quidquid versibus perstringere vellent, tanquam præsens ostendere, articulus haud infrequenter ea ratione nominibus præfigebatur; neque alia, propriam ejus vim in Homericis aut percipere aut sentire possumus.¹ Adjectivis, nihilominus, substantivorum loco usurpatis ut γερῶν, γεραῖος, ξείνος, &c. præfixus pronominis vicem explebat; neque causa erat cur doctissimus Heyne ab ejusmodi vocibus deturbare vellet.

LX. Serior tamen et vulgaris articuli usus, quanquam Hesiodi carmini perinde atque Homericis ignotus, satis antiquus esse videtur, atque jamdudum invaluisse, cum Etrusci et Latini, non modo deorum quorundam nomina, sed vocabula etiam, quorumvis hominum sermoni quotidiano apprimè necessaria, a Græcis recipiebant; nam TERRA haud alia ratione e τῆ ἔρα, quam TURMES, Etruscum dei Mercurii nomen, e τος Ἑρμῆς compositum esse oportet. Vetustior igitur priscorum vatum vel ἀοιδῶν poesis inter Græcos, quam ejusmodi nomina aut in Etrusca aut in Latina lingua.

LXI. In chronico Pario Hesiodus sub finem decimi ante Christum natum seculi vixisse traditur; et quanquam me fateor parum fidei habere marmori isti celeberrimo, in hac re nihilominus auctoritas ejus plurimum valet, quod rationibus idoneis fultam video: atque, si e sermonis cujusque proprietatibus, quas sentire potius

¹ Sic cum Hector Paridi minitabundus exprobrat —

ὅτι ἂν τοι χραίσμη κίθαρις, τὰ τε δῶρ' Ἀρροδίτης
ἢ τε κόμη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κοίτησι μιγείης.

poeta vel rhapsodus, sub Hectoris persona, τὰ δῶρα, τὴν κόμην, καὶ τὸ εἶδος Paridis tanquam præsentis, audientibus inter recitandum, gestu quodam contumelioso, ostendebat; unde articuli singuli singulis præfixi sunt: dum κίθαριν, quam Paris secum in præliis non habebat, sic indicare haud licuit; atque ideo articulos importunè ei adhibitus esset; neque Paris in excusatione articulum adhibet; ab ejus enim persona gestus omnis emphaticus in sua δῶρα tum prorsus alienus fuisset.

quam definire possim, ariolari liceret, Odysseæ auctorem centum circiter annis, Iliadis ducentis ante Hesiodum cecinisse putarem.¹ Sic Iliacum carmen, maximum illud et pulcherrimum humanæ mentis opus, ei ipsi seculo tribuerim, quo Iones, Peloponneso expulsi, in Asiam commigrabant, quod aptissimè convenire videtur, tum schemati universali poematis, tum iis episodiis, quorum difficile est rationem reddere nisi e casibus et rebus gestis illorum temporum.

LXII. Poetæ enimvero et sociis, si propriis pulsi sedibus alienas appetere coacti essent, neque gratior neque aptior carminum materia inveniri poterat, quam bella in iisdem terris olim a majoribus gesta, tanta gloria, et tam prospero successu; neque ulla efficacior ratio suadendi concordiam inter suos, quam clades et calamitates commemorare, quæ, e rixis et jurgiis priorum ducum ortæ, successus illos aut retardassent, aut dubios tantisper reddidissent.

LXIII. Urbium Peloponnesi eversio obscure ambigè que indicatur, ut casus adhuc anceps, at deorum consiliis antea agitato, atque ideo expectandus;² sic ut simul cuperet ac timeret poeta aliquid certi proferre inter homines, qui e longinquo patrias illas sedes ab hostibus occupatas contemplarentur, nec certè scirent si eas conservassent, an diruissent.

LXIV. Catalogus geographicus totius Græciæ, e nominibus propriis regionum, urbium, vicorum, montium, et amnium conflatus, vix aliorum hominum sensibus ea ætate aptari poterat, quam exulm; qui iis ipsis in locis pueritiam degerant: nam mera ista ac nuda scientia rerum, quæ in didactica recentiorum poesi tantas laudes meruit, nullas illecebras habere potuerat apud homines rudes et agrestes; quales erant etiam principes civitatum et duces exercituum Homericis temporibus. Tales homines nulla ratione se doceri patiuntur nisi affectibus animi vehementer commotis; qua evenit ut, apud omnes gentes, primi sapientiæ magistri fuerint poetæ; omnisque doctrina, vel de prudentia vitæ, vel natura rerum, vel potestate deorum, sub fabularum prodigiosarum involucris propagata sit. Ne summus quidem ornatus pulcherrimorum versuum ita commendare potuisset mera nomina et apposita Græcarum urbium, vicorum, montium et amnium, Græcis Græciæ incolis, ut libenter audirent vel optimum poetam et θεοῖς ἐναλίγκιον αὐδῆν, qui talia cantitasset. Neque colonis longinquis et inveteratis, qui in nova patria nati, nullam antiquæ vel memoriam vel

¹ In Chronico Hesiodus Homero prior est: at Catoni majori, apud Ciceron. de senectute, Homerus multis ante seculis fuisse visus est: item doctioribus omnibus, credo. Poemation, tamen, quod unicum Hesiodi nunc exstat, ita inquinatum et interpolatum est, ut ejus testimonio de poetæ ætate non temere uti liceat. Vox, nihilominus, ἀκροκνηφαῖος, quam Homerica Prosodia prorsus recusaret, in versu non suspecto, seriorem pronunciandi consuetudinem planè declarat. Vide infra S. CLII, &c.

² Iliad. Δ. 51—6.

notitiam habuissent, ejusmodi catalogus motum vel affectum ullum animorum excitasset. Exulantibus autem, et vi pulsis, qui amore, quodam indigena locorum consuetorum adhuc tenerentur, nullam materiam aptiorem ad captandos animos, atque intimos eorum sensus et affectus commovendos, poeta naturæ observantissimus seligere poterat. Omne nomen et appositum, unaquæque vel tenuissima nota, quasi in tabula votiva, mentibus ostenderet anteactæ cujusque vitæ cursum—gaudia, ærumnas, ludos—puerorum errores, juvenum voluptates, virorum curas; quæ omnia, memoriæ infixæ, hominum affectus semper retrahunt ad locos in quibus ea primi experti sint.

LXV. Objici forsitan potuerit Hesiodi carmen didacticum: quod Homericis quamvis multo posterius, ejus tamen ætatis est, qua antiqua morum simplicitas adhuc invaluit. Sed alia prorsus est ratio rerum quibus instructum est; neque sententiæ, in usum vitæ civilis et agrestis collectæ, et versibus intextæ, speciem aut naturam habent scientiarum earum exquisitorum; quæ, cum neque opibus, neque commodis publicis vel privatis aliquid contulerint, tam contemptui apud rudes homines semper fuere, quam otiosis et luxu diffluentibus in deliciis. Prudentiæ autem domesticæ, ac juris communis et officii præcepta, quæ vates Ascræus, e sententiis sparsis et jampridem vulgatis, concinnasse et ornasse, potiusquam de suo ingenio deprompsisse videtur, omnium hominum interfuit cognoscere et memoria tenere; dum situs ac nomina locorum alienorum, nisi, ex usu et consuetudine anteactæ vitæ, affectibus animi infixæ et inhærentia essent, nemo ea ætate vel scire vel audire curasset.

LXVI. Mihi igitur vix dubitandum esse videtur, quin poeta ipse et primi auditores Iliadis, ex iis fuerint, qui inter annum millesimum centesimum et millesimum quinquagesimum ante Christum natum, e Peloponneso et aliis forsitan Græciæ regionibus, in Asiam migraverunt, et florentissimas urbes, bonis artibus et ingeniis fecundissimas condiderunt. Hoc temporis intervallo poetam vixisse nonnulli veterum prodidere, præsertim pseudo-Herodotus; qui, e traditione quadam melioris certè notæ quam cætera istius libelli de vita Homeri farrago, eum natum esse anno sexcentesimo vigesimo secundo ante Xerxis expeditionem; qui est millesimus centesimus secundus ante Christum natum, scripsit: cum ipse Herodotus, ducentis serius annis, et Homerum et Hesiodum floruisse tradidisset, verbis tamen quæ planè indicant fuisse tum quoque, qui pro ævo priore contenderent; atque eorum sententiæ Aristarchus calculum adjecisse traditur.²

¹ Lib. II. c. 53.

² τοῖς δὲ χρόνοις αὐτῶν (Ὁμηροῦ) οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀρίσταρχόν φασὶ γενέσθαι κατὰ τὴν τῆς Ἰωνίας ἐποικίαν, ἥτις ὕστερῃ τῆς τῶν Ἑρακλείδων παθόδου ἐτῶν ἐξήκοντα.

Procli χριστομ. excerpt. A.

Duæ præcipuæ migrationes a chronographis memoratæ sunt, altera Æolum anno millesimo centesimo vigesimo quarto, altera Ionum anno millesimo quadragesimo quarto ante Christum natum; sed hanc stirpium distinctionem poeta videtur prorsus ignorasse; neque inter gentes Hellenicas, quarum nomina et situs recensuit, ut Bœotorum, Epeiorum, Abantum, &c. usquam meminit Æolum vel Dorum, vel Ionum: locum enim Iliadis, (N. 681—700,) quo Iones Attici laudantur, insititium esse Heyne jam pridem monuit; neque de eo ejiciendo nobis ambigetur.

LXVII. Dores, cum nullis certis sedibus diu errassent, jam ante Troica tempora, montes altos ac nivosos inter Thessaliam, Phocidem, et Ætoliam habitabant; quorum reliqui incolæ in recensione copiarum, atque in præliis subsequutis, numero ac virtute insignes sunt. De Doribus autem silet poeta; quod eos non participes belli crediderit; aut, in patriæ hostes iniquior, rerum gestarum gloria fraudare voluerit. Parcus est quoque tam Iliadis quam Odysseæ poeta in Herculis laudibus; quanquam res ejus materiam carminibus antehomericis haud paucis præbuisse videntur: sed posterius ejus Dorum, qui Peloponnesum subegerant, duces erant: atque eam ob causam fortasse filius ejus Tlepolemus, prima statim pugna, et nullo memorabili edito facto, solus e regibus Græcis occisus est; et ipsi pessimum omnium facinus, hospitis nempe cædes inter sacra mensæ patrata, imputatum est.³

LXVIII. Dorum sermonem antiquum ac semibarbarum, a Lacedæmoniis, veterum morum modorumque tenacissimis, servatum esse credo; et specimen ejus, corruptum scilicet ac mendosum, adhuc extare in decreto contra Timotheum.⁴ Dorica dialectus, a lyricis, tragicis, et bucolicis poetis usurpata, non est sermo gentilitius populi alicujus; sed lingua in usum poeticum conficta, atque partim e variis archaismis, partim ex usu vulgari recentiorum Dorum conflata; quorum præcipua pars sermonis ex Æolico formata est.

Æolum tamen atque Ionum lingua una eademque fuisse videtur; neque in diversas abiisse dialectos, nisi post emigrationes in Asiam; ubi gentes illæ, quæ generatim Danai et Achæi appellabantur, in varias, et a se invicem remotas civitates dispersæ, in varias species diversorum idiomatum patrium sermonem paullatim deflectebant; ita ut Herodoti ætate quatuor varietates linguæ inter ipsos Iones Asiaticos observarentur;⁵ neque pauciores neque minus diversos

Allæ veterum sententiæ in Philostrati Heroicis asservantur. γέγονε ποιητής Ὀμηρος, καὶ ἦδεν, ὡς μὲν φασιν Ἴνιοι, μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσι ἔτη τῶν Τρωϊκῶν οἱ δὲ μετὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, πρὸς τοῖς ἑκατοῖ ὅτι τὴν ἀποικίαν οἱ Ἀθηναῖοι εἰς Ἰωνίαν Ἰστρίαν οἱ δὲ εἰξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη γεγονέναι μετὰ τὴν Τροίαν ἐπὶ Ὀμηρὸν τε καὶ Ἡρόδοτον. C. XVIII. S. 11.

¹ Herodot. lib. I. c. 56.

² Il. E. 668.

³ Od. φ. 27, &c.

⁴ a Boethio asservat. et Oxonii edit. ann. 1777.

⁵ Lib. I. s. 142.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only**

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



heroum factis, aut sapientiæ præceptis, uberiore eloquii cursu traderetur, versibus condire solenne erat, ut facilius memoria teneretur; atque ita per rhapsodos, qui et librorum et librariorum vice tunc fungebantur, in publicum prodiret. Musas ideo non Phantasiæ neque Inventionis filias esse, sed Memoriam, mythographi finxere; et poeta eas maxima intentione animi invocavit, non ut Achillis vel Diomedis ingentia facta cantaturum adjuvarent, sed ut catalogum facerent; partem operis, cui Musarum opem minime necessariam quivis nostri ævi poeta putaverit.

LXXIII. Troicis jam temporibus regem unumquemque potentiorum in familia poetam ahuisse constat, qui hospites et amicos in conviviis delectaret; ac civium animos ad pietatem et virtutem accenderet; dum deorum laudes, et majorum res fortiter gestas, carminibus ad lyram cantatis, celebraret. Poetæ item singuli, qui arte et ingenio cæteris præcellerent, et quorum fama jam latius percrebuisset, haud unius principis patrocinio, vel unius gentis æstimatione contenti, longinquis peregrinationibus gloriam captabant; atque artem, quam colebant, vario rerum usu, et hominum experientia ornabant augebantque. Talem fuisse credo Thamyrim illum Thracium; qui, dum ab Æchalia redibat, vocem ac memoriam, morbo aliquo in itinere correptus, perdidisse videtur; talemque fuisse ipsum Iliadis auctorem, tum veterum traditio, tum carminis indoles ac forma vix dubitare sinit; non enim curiosus adeo in laudibus inter Græcorum proceres æqualiter dispertiendis fuisset; neque tam subtili artificio singulorum ἀπιστείας, ita ut reliquorum gloriæ non obsessent, distribuisset, nisi singulis eorum posteris, tum forte regna singularum gentium tenentibus, placere studuisset.

LXXIV. Poetarum itaque arte et ingenio, æquè atque oratorum studio et contentione, lingua Græca ab ipsis incunabulis excolta et perpolita est; atque ea ratione unctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi, etiam in quotidiano sermone et de tenuissimis rebus, invaluit: neque in illa simplicitate morum, cum maximi reges aratorum, messorum, pastorum, atque etiam coquorum officiis fungerentur, ejusmodi officia Musæ dedignatæ sunt: at humillimas res nativa verborum gravitate, modorum gratia, et numerorum suavitate, in heroicæ majestatis fastigium extollebant.

LXXV. Neque eloquentiæ popularis ac forensis minores fuisse laudes aut præmia viliora, quam bellicæ fortitudinis in heroicis temporibus videntur; e compluribus enim utriusque carminis locis satis liquet, nullum foedius opprobrium in principem virum ingeri potuisse, quam ἀκριτόμυθον, *confuse loquentem* esse: cum enim regna et imperia moribus plusquam legibus, et opinionibus plusquam

viribus, starent, unusquisque rex vel princeps civitatis tantum inter cives potestate prævalebat, quantum armis in bello vel eloquio in pace præminere visus esset; quapropter omnes, qui eo loco nati essent; ut sibi rempublicam capessendam quodammodo sperarent, artem dicendi haud minus quam pugnandi callere oportebat; principemque virum liberaliter institutum ante omnia decebat

μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Siquis autem exquisitè ornatum se reddere studeret, Homericè instar Achillis, medicinæ scientiam, quatenus bello utilis in vulneribus tractandis, et musicæ vel poesis facultatem, qua propriam virtutem, aliorum fortia facta canendo, accenderet, addere oportebat. Ex ipsa itaque morum simplicitate, et aliarum artium inscitiâ, eloquentia invaluit; ac lingua, nativâ quadam gratia et elegantia ab omni fucō rhetorico aliena, exculta et ornata est.

LXXVI. Carmina haud pauca ante Iliadem per Græcorum urbes decantata fuisse, vix dubitandum est, quamvis nihil antiquius nunc extet, neque in veterum bibliothecis extitisse videatur; nam quæ sub antiquiorum poetarum nominibus circumferebantur, ipsâ sermonis indoles ac forma posteriora ætate esse prodit. Ante Shakspearium item nostrum, haud pauci tragædiarum et comœdiarum scriptores fuerunt, qui plausu sui quisque theatri vicissim gaudebant; etsi omnes ille vir fulgore ingenii sui ita perstrinxit, ut vix rei antiquariæ studiosis nunc noti sint; neque iis etiam adhuc innotuerint, nisi ars imprimendi, exemplaria ultra modum, multiplicasset. Sic Iliacus, credo, poeta omnes qui præissent longe supergressus, eorum scintillis splendorem suum ita offudit, ut prorsus extinxerit, et quæcunque cecinissent, obliviscenda fecerit antequam litteris mandarentur. Tituli hexametri, quos Herodotus ex anathematis templi Apollinis Thebis exscripsit, ni justis suspicionibus obnoxii forent, specimina carminum non tantum ante-Homericorum, sed ante-Troicorum, obtulissent: quandoquidem decimiquarti et decimitertii ante Christum natum seculi esse debuissent; neque de fide Herodoti in exscribendo quæ vidisset, vel narrando quæ audisset, dubitandum est: de ejus autem judicio et acumine in fraudibus sacerdotum, sanctitatis famam e gloriâ antiquitatis captantium, detegendis jure suspicari licet; præsertim etiam vox *μουναρχέων*, ut nihil dicam de sono ipso ac tenore versuum, notam manifestam senioris ævi præ se ferat.¹ Alioquin ipsâ anathemata illius ævi esse potuerint; etsi deorum templa, Homericis etiam temporibus, nondum in Græcia extitisse, e silentio utriusque poetæ nisi loco manifestè interpolato,² probabile est: at tamen sacros fuisse thesauros ditissimos et celeberrimos et Orcho-

¹ Herodot. v. 59. &c.

² Iliad. B. 549.

meni et Delphis certissime constat;¹ et quam solidè et magnificè ejusmodi ædificia, ad res pretiosas fidei commissas tuendas, exstructa essent, adhuc exemplo est quod, tantum non integrum, extat inter Mycenarum reliquias. Apud Græcos quoque veteres, urbibus vi captis ac dirutis, quodcunque in usum sacrorum sic depositum erat, intactum manebat; ita ut Thebis paullo ante bellum Trojanum expugnatis ac direptis, nihil obstaret, quominus quæ Apollini antea dedicata essent, illæsa ad Herodoti ætatem pervenire potuissent; neque custodibus religio fuisset, quo minus quæ de eorum veneranda antiquitate tradita accepissent, litteris inscriptis confirmare auderent.

LXXVII. Unde litteræ Græcæ originem duxerint; et quo tempore signorum numerum plenum acceperint, in obscuro est: omnia enim, quæ tradita sunt de Cadmo, Palamede, &c. lubrica admodum et incerta sunt. De Cadmo, Leucothææ, quæ nata mortalis dea maris facta est, patre, memoravit Odysseæ auctor; ita tamen ut nullam de ejus patria vel stirpe notitiam reliquerit.² Cadmei isti celeberrimi, qui Thebas in Bœotia vel condiderant vel occupaverant, a poeta antiquiore memorati sunt; nulla tamen mentione facta vel stirpis vel regionis qua oriundi essent. A Danais autem vel Achæis prorsus alieni fuisse videntur: sed a ratione rerum et moribus illius seculi planè abhorret, Phœnices, maritimum genus, sedem-occupasse aut coloniam constituisse tam procul a mari inter gentes ignotas et infestas. Cadmum ipsum prorsus ignorasse videtur: neque si nosset, et gentem Cadmeam pro ejus posteris habuisset, eos *Καδμείους* sed *Καδμίδας* e sermonis indole nominasset. Casmilus vel Cadmilus vetus Mercurii nomen fuit;³ neque aliud fuisse credo Cadmum: unde Harmoniam, Martis et Veneris filiam uxorem duxisse fertur; atque cum ea in anguem mutatus esse, et dei sceptro vel caduceo adhæsisse; qua mysticæ religionis allegoriam cuivis deprehendere licet.

LXXVIII. De Palamede uterque silet poeta; unde patet nullum fuisse eo nomine ducem in bello Trojano; sed omnia de eo tradita, et de litteris ab eo inventis, posteriorum commenta esse. Neque minus incerta sunt, quæ de litterarum vocalium duplicum, postea inventarum, origine et usu memorantur. Earum usus apud Athenienses anno quarto Olympiadis nonagesimæ sextæ, ante Christum natum trecentesimo nonagesimo tertio, archonte Euclide, primum obtinuisse dicitur:⁴ unde ἡ μετ' Εὐκλείδην γραμματικὴ seriore et perfectiore scribendi modum denotat.⁵ Euripides

¹ *Iliad* I. 381—404, 5.

² *Od.* E. 333—5.

³ *Schol.* in *Apol.* *Rhod.* I. 917.

⁴ Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις Κ Δ χρεῖσθαι, πρότερον ἰσχυρίμενοι *Chron. Pasch.*

⁵ *Plutarch.* in *Aristid.*

autem, qui quatuordecim antea annos mortuus est, in tragœdia, quam diu ante mortem composuisse videtur, signa litterarum Θ et Η in nomine ΘΗΣΕΥΣ accuratissime descripserat; et audientibus, ut omnibus jampridem nota et usitata, obtulerat.¹ Atque Callias, comicus Atheniensis Sophocle et Euripide antiquior, Ψ et Ω haud minus graphicè expressit in fragmento apud Athenæum.² In nummis identidem Græcarum civitatum nonnullarum Thraciæ vel Macedoniæ, quos e quadrato quadripartito incuso, et rudi opificio, quinti saltem, vel etiam sexti ante Christum natum seculi esse liquet, signa Η et Ω occurrunt; atque in aliis item cum forma antiquissima τοῦ Τ in V Latino asservata;³ cum nihilominus seriore eam Τ Euripidis ætate ab omnibus usurpatam esse, e versibus supra citatis plane constet.

LXXIX. Cum quinto demum seculo ante Christum natum historias pedestres Græci componere cœperunt, Ionum dialectus maxime florebat; ita ut Herodotus, Doricæ in Asia civitatis civis, et Atticæ coloniæ in Italia incola, ea uteretur in opere, quo totius generis humani res dicere sibi proposuerat; et quod, Olympico certamine, omnium Græcorum cœtui recitare destinaverat.

LXXX. Interea autem Athenienses, opibus, viribus, imperio, et rerum gestarum gloria præpollentes, eloquentia quoque, cum forensi, tum poetica et scholastica, omnes alios supereminebant; unde eorum dialectus principem locum obtinebat; atque, apud exterarum gentes, fautores, patronos, et cultores habebat Archelaum Macedonum regem, Dionysium Syracusanorum; ac Maussolum et Hidream Carum. In Macedonum quidem regum nummis patriæ dialecti vestigia occurrunt usque ad Philippum Amyntæ filium, qui Atticum sermonem in omnibus regni negotiis usurpasse videtur, atque Alexandro filio tradidisse; a quo per orbem terrarum propagatus est; ita ut postea non solum Europæ atque Asiæ citerioris reges eo uterentur, sed etiam Bactriæ, Parthiæ, Syriæ et Ægypti; quorum omnium in titulis et nummis usus ejus dia-

¹ Thes. fragm. v.

κύκλος τις ὡς τὸ γόισιν ἐκμετρούμενος,
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
τὸ δεύτερον δὲ, πρῶτα μὲν γράμμαι δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία,
τρίτον δὲ βόστρυχος τις ὡς εἰλιγμένος.
τὸ δ' αὖ τέταρτον, ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
λόξαι δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσὶν τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρῆ φράσαι·
γράμμαι γὰρ εἰσὶν ἐκ διεστύτων δύο,
αὐταὶ δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βᾶσιν.

² ὀρθὴ μακρὰ γράμμη ἔστιν ἐκ ταύτης μέσης
μικρὰ παρίστωσ' ἐκατίρωθεν ὑπὲρ.
ἔπειτα κύκλος, πόδας ἔχων βραχεῖς δύο.

L. x. c. lxxx. ed. Schweigh.

³ In Veliensium nummis antiquissimis Musei nostri,

lecti solennis est. Paucis igitur immutata, pro lingua communis Hellenum habita est; dum omnia antiqui sermonis idiomata, intelligentium singularum diversas aberrationes, vel poetarum licentias a sophistarum, rhetorum, et grammaticorum gregibus referentur.

LXXXI. Horum hominum maxima colluvies, Ptolemæorum munificentia undique excitata, in urbem Alexandriam confluxerat: ubi haud pauci in carminibus Homericis corrigendis, expoliendis et in pristinum nitorem restituendis, sub regum auspiciis, operam impendebant. Exemplaria antiqua aut eorum apographa undique conquisita sunt, et inter se collata; e quibus Zenodotus Ephesius, primus Bibliothecæ Alexandrinæ sub Ptolemæo II. custos, novam editionem confecit; de qua multa memorantur in scholiis Venetianis et Eustathianis; sine tamen indice vel nota ulla, qua ab iis, quæ propriis conjecturis, quibus nimium indulgisse videtur, intulerit, ea distinguantur, quæ e vetustis exemplaribus hauserit.

LXXXII. Aliæ editiones et recensiones, quarum celeberrima Aristophanis sub Ptolemæo IV. vel V., subsequutæ sunt, (de quibus multa doctè disputaverunt viri clarissimi Anse de Vilboison et F. A. Wolfius,) ac demum sub Ptolemæo VII. medio secundo ante Christum natum seculo, incluta illa Aristarchi; quæ ut norma et fundamentum omnium posteriorum stetit et adhuc stat. Idem Aristarchus alteram quoque editionem; atque item commentaria in Homerum fecit; nisi forte altera illa editio, ut doctissimo de Vilboison in mentem venit, e commentariis et secundis curis, ab aliis, post mortem ejus, confecta sit. Haud pauca ex utraque, itemque e commentariis, extant in scholiis Venetianis; et plura fortasse a librariis atque editoribus tacitè recepta sunt: at prorsus ignoratur, ut in Zenodoti lectionibus, quæ sint veterum exemplarium auctoritate fulta; aut quæ e mente editoris orta, atque ejus judicio critico tantum commendata. Modestiores tamen Zenodoto haud paullo fuisse, tum in ejiciendis, tum in corrigendis versibus, certum est: et minutissima quæque tanti æstimasse videtur, ut vix credam, majoris momenti aliquid, eum aut adjecisse aut mutasse, non præeuntibus codicibus. In ejiciendo, vel obelisco notando, audacior fuit; at non qua debuerat: e proprio enim ingenio magis quam veteris linguæ ratione, aut poetæ mente et consuetudine, judicium exercebat; et quæ ipsi haud placerent, ejiciebat, non quæ Homericæ seculo vel sermoni non convenirent. Sermonis enimvero inscitiam vix credibilem produnt infelices ejus conatus in supplendis hiatibus e detrimento digammatis in Il. r. 128, et aliis haud paucis locis, qui, ut ab eo constituebantur, in scholiis Venetianis citantur.

LXXXIII. Grammatici et critici Alexandrini eo perinde deliquerunt omnes, quod fontes et origines linguæ nequaquam indagaverunt; sed quæcunque ab ipsorum consuetudine loquendi

abhorrebant, inter dialectorum anomalias et poetarum licentias retulerunt. Ea ætate quamplurima adminicula inquirendi, et in scriptis monumentis, et in linguis incultis, ac semibarbaris Italiæ, et aliarum Græciæ circumjacentium regionum, obvia et in promptu erant, quæ jamdudum prorsus evanuerunt. Siquis tamen Aristarcho dixisset veram formam et indolem Homerici sermonis e Latinorum, Etruscorum vel Oscorum linguis eruendam esse, haud aliter stupuisset, credo, quam si Hibernicum antiquarium istum audisset docentem, carmina e lingua Celtica vel Scythica in Græcam translata esse.¹ In iis autem Italiæ antiquæ linguis principia ac primordia vetustissimæ linguæ Græcæ, inquinata scilicet et corrupta, latuisse, nemo, qui acutissimi Lanzii de hac re doctissimum opus inspexerit, dubitare poterit.

LXXXIV. Ex his igitur præcipuè fontibus scaturigines illius linguæ, quæ haud prorsus exaruerunt, deducendæ sunt: atque ut architecti periti, paucis dirutorum ædificiorum fragmentis effossis, e membrorum proportione et artis ratione, schemata integra restituant; sic nos porro, paucis quibusdam radicibus inventis, quæ ex iis pullulasse debuissent, computabimus, et stemmata pulcherrima Homericæ linguæ restituere ac renovare conabimur; ita ut carmina, excussa rubigine, revirescant; et venerandus ille eorum *χρὸς ἀρχαιοπρέπειης* ritè reflorescat. Criticorum ille princeps Richardus Bentleius, atque alii viri docti, qui ejus vestigia insequuti, digamma Homericis reddere laborarunt, in hoc præcipuè mihi errare visi sunt, quod de digammate tantum, non de tota orthographia antiqua reducenda, cogitarunt; sine qua, digamma solum, verborum tantum initiis redditum, inquinabit plura quam sanabit: et modum scribendi, ab omni omnium temporum consuetudine loquendi perinde alienum, exhibebit. Lingua quasi tota immutata est: at numeri tamen ac modi versuum integri manent; atque item analogiæ grammaticæ quantum ad probabilem aliquam ejus cognitionem perducere sufficiat.

LXXXV. Negat autem Priscianus digamma nisi vocali, atque ei in principio vocis præponi posse, unde apud Æoles in *B* transisset quoties ab *P* inciperet dictio, quæ aspirari solita esset; ita ut *PHTΩP*, *BPHTΩP* dixerint.² At senioris ævi Æolum hunc morem fuisse, ipse postea agnoscit, cum veteres Latinos *AF* pro *AB* scripsisse tradit;³ neque aliter veteres Græcos *F* in fine syllabæ et ante consonantem posuisse e Deliaca inscriptione certissime constat: cum enim sculptor incertus hæreret, an *AFTO* antiquiore more, an *ATTO* seriore scribendum esset, utramque litteram adhi-

¹ Collectanea Hibernica, Præf. in vol. iii.

² Lib. i. p. 547.

³ Habebat autem hæc *F* littera hunc sonum quem nunc habet *V*, loco consonantis posita, unde antiqui *AF* pro *AB* scribere solebant: sed quia non potest *Fav*, id est digamma, in fine syllabæ inveniri, ideo mutata est in *B*.

buit, et vocem, ubique semper disyllabam, *AFTTO* scripsit. Sic Nucerinorum nummi antiquiores habent, litteris Oscis, *NUCKRI-
NUM*; recentiores, litteris Græcis, *NOTKPINΩN*.

LXXXVI. Digamma, a grammaticis *Æolicum* dictum est, quia ab ea gente sola, inter Græcos recentiores, postquam apud omnes alias prorsus exoleverat, usurpabatur; non autem quia ab ea inventum fuerat, aut *Æolicæ* dialecto, ab origine, proprium ac peculiare: quoniam certissime constat, tum tabulis Heracleensibus, tum marmore Deliaco, et nummis Veliensium, usum ejus, prioribus seculis, haud minus solennem fuisse in Dorum atque Ionum, quam in *Æolum* sermone; Heracleia enim Italiæ, Dorum e Taranto colonia fuit;¹ atque urbs *TEAH* vel *CEAIE* (utroque modo nomen nummis inscriptum est) a Phocæis ex Ionia fugientibus Olymp. LX. condita est:² et Delon, Caribus ante Homericæ tempora expulsis, Iones semper postea possidebant.³

Compluribus scholiorum Venetianorum locis manifestum est, Aristarchum et alios veteres carminum Homericorum redactores, spiritum asperum *ʃ*, quomodo priores *F*, non initiis tantum verborum adhibuisse, sed mediis etiam syllabis compositorum scripsisse, quorum in elementis usurpatum vidissent: neque aliter eum extitisse in vetustioribus bibliothecæ Alexandrinæ exemplaribus credere par est: quanquam in titulis et inscriptionibus, quæ nunc extant, paucissimis, atque iis antiquissimis, locum omnino obtineat: apud recentiores enim, in scribendo omissus, tanquam accentus vel prosodiæ nota, in legendo subaudiebatur;⁴ atque postea, omnibus doctioris antiquitatis, bonarum artium, et litterarum humaniorum studiis jacentibus, inter ejusmodi notas recensebatur.⁵

LXXXVII. Multa a grammaticis Alexandrinis variè disputata sunt de accentibus vel tonis vocis acutis, gravibus, et circumflexis; qui, in scribendo, notulis vel virgulis unicuique vocali superimpositis, significabantur. Hæ notulæ ab Aristophane, grammatico Byzantino, inventæ sunt, ducentos circiter annos ante Christum natum, ut exteri homines vulgarem linguæ Græcæ pronunciandi rationem in libris indicatam haberent. Ad recentiorems dialectum Atticam, quæ, sub Macedonum imperio, pro communi Græcorum lingua habita est, unicè pertinent; neque prosodiæ ab antiquis poetis vel rhapsodis usurpatæ ullam notitiam conferre possunt.

¹ Mazzocchi Tab. Heracleens.

² Herodot. lib. i. s. 168. Strabon. vi. p. 252.

³ Thucyd. lib. i. Homer. Hymn. in Apoll.

⁴ Vide Galen. comm. ii. in Hippocrat. lib. vi. de morb. vulg. p. 457. T. V. ed. Basil.

⁵ πρὸ τῶν προσωδίων τὰδε ὀξεῖα, βασιῖα, ψιλῆ, περισπωμένη, ἀπόστροφος, μακρῆ, ὀφει, βραχίῖα, ὑποδιαστολή. S. Epiph. de pond. et mens. t. xi. p. 158.

Quantam farraginem in unam sententiolam bonus senex congressit!



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

HOLY BIBLE

Continue

*Fair use policy applies

quam Græca fuisse videtur, ea etiam ætate, qua Græcorum sermo ab antiqua grandiloquentia, et plena illa ac sonora Homericæ linguæ majestate, jamdiu delapsa erat.¹

xc. Poetis antiquis non Musa tantum, sed ipsa natura *dedit loqui ore rotundo*: sua enim sponte fluebant magna illa sesquipedalia verba; quæ, cum posteri pro fucō quodam poetico accēpissent, atque viribus et animis imparibus tractarent, in linguam istam fucatam ac factitiam Alexandrinorum poetarum abierunt; qua omnes postea usi sunt, qui carmina heroica versu dactylico hexametro scriptitabant. Nam lingua ista, cum e variis ac discordibus elementis conflata esset, quantum quotumque quisque voluisset licentiæ poeticæ facile admittebat; atque ideo percommoda erat iis, qui versus ad nauseam usque effutire vellent, quales sunt Quinti Calabri, Nonni, Tryphiodori, &c. &c. Nebulones autem isti, cum linguam Homericam haud minus scatere licentiis poeticis putarent, se proculdubio pro alteris Homeris animo habebant; et attoniti mirabantur suam ipsorum facundiam, quæ in tot volumina, Iliade et Odyssea majora, nullo quasi nisu sese diffuderit. Neque minus fucatus, inquinatus, et ab omni omnium hominum ac temporum usu ac ratione loquendi alienus est sermo Arati et Apollonii Rhodii; cum poesis alioquin, siquis ejusmodi sermonis usum ei condonaverit, haud inficēta neque inelegans sit. In dictionum tamen sensu et syntaxi, vera et antiqua loquendi ratio, perinde atque in forma et flexione, neglecta est; neque minus stupuissent, aut magis intellexissent veteres αἰδοὶ aut eorum audientes ἀμφασίη βεβολημένος, ὄλεθρον ἐγγυάλιξε, βρομέεσκον ἀκουαί, et alia infinita ejusdem farinae, quam κρήατα, τεράατα, ἀάσπετα, et cætera istiusmodi monstra e grammaticorum et criticorum fucō conficta, quibus ad nauseam usque recentiorum carmina heroica facta sunt. Virgilius vix magis miratus esset Latinitatem Merlini Cottani. Neque vero Tragici ea religione, qua poetæ veteres, suam unicuique verbo propriam significationem tribuerunt; sed multā indiscreta et ambigua adhibuerunt, quæ in Homericis non nisi justō ac certo discrimine usurpantur. Ejusmodi sunt ΦΑΣΓΑΝΟΝ, ἘΓΧΟΣ et ΒΕΛΟΣ, singula singulorum armorum nomina; quæ a Sophocle, poetarum Atticorum doctissimo, eousque confusa sūt, ut ensis, quem ab Hectore Ajax dono acceperat, nunc ΦΑΣΓΑΝΟΝ, nomine proprio, modo ἘΓΧΟΣ, *hasta*, et modo ΒΕΛΟΣ *jaculum* vel *sagitta* denominaretur;² neque ea cultissimos Athenienses offendebant, etsi eorum majoribus, alioquin agrestibus et indoctis, sibilo vel irrisu excepta fuissent.

xci. Homericam autem linguam certa analogia consistere, suisque legibus teneri perinde atque Atticam tragicorum; neque

¹ Plutarch. in Demosth. sub. init.

² Ajac. 658. 834.

magis epenthesein, vel metathesein, vel alias qualescunque grammaticorum farragines unquam admisisse, spero fore ut extra omnem dubitationem stabiliam. Interim, ut iudicium æquum atque integrum adhibeat lector; neque de singulis singulatim, sed tota perspecta ac perpensa rerum ac verborum serie et compage, sententiam ferat, obtestatus oro. Monumenta antiqua, e quibus aliquid luminis haurire possumus, perpauca sunt; et conjecturæ, e ratione linguæ vel analogia grammatica petitæ, tantum auctoritate valent, quantum numero exempla, quibus fulciantur. Potuerim, ut Clarkius, ejusmodi exempla in notulis usque ad molestiam cumulare et iterare; sed malui indulgentiam lectoris petere quam patientia abuti.

XCII. Si verbo unicuique forma sua antiquissima reddenda esset, ad certum aliquem finem certa quadam ratione perduceremur: sed lingua Græca, Homericis jamdudum temporibus immutari et perpoliri cœperat, ac paullatim ad Ionicam illam elegantiam serioris ætatis flecti; ita ut, quo gradu steterit, cum Ilias et Odyssea cõderentur, in tanto monumentorum veterum defectu, nullo modo scire possimus. In multis, tamen, haud prorsus improbabilem ariolandi rationem præbent vocum mensuræ; quas cum metri legibus definitæ sint, ipsa natura atque omnium linguarum insoles proclamat, non epenthesibus vel diæresibus arbitrariis expletas vel productas, sed sermonis quotidiani usu communi fixas ac stabilitas esse: inter homines enim litterarum prorsus ignatos, quisnam alium sermonem intellecturus fuerit?

XCIII. In nonnullis, etiamsi haud dubitaverim quin a rhapsodis vel grammaticis immutata sint, cum nihil tamen certi de Homericis formulis comperissem, vulgata retinui: nam mihi quoque inter virtutes grammatici habebitur aliqua nescire. Audacius nihilominus in aliis forsitan egisse videar; atque in his vereor ne mihi iudicium inscitia crimini aut fraudi sit: nam Alexandrinorum doctrina adhuc vigere apud criticos videtur; ita ut verba contracta pro primariis et antiquissimis thematibus accipiant; atque ΣΟΒΩ vel ΣΟΦΩ a ΣΩ, ΒΟΑΩ, a ΒΩ, &c. soluto circumflexu deducant. Oportuerit etiam, si in nugando viri docti sibi constare vellent, Plautina illa ΜΑΥΟΛΟ, ΝΕΥΟΛΟ, ΠΡÆΗΙΒΕΟ, ΙΤΙΝΕΡ, ΣΕΝΙΣΕΜ, &c. a ΜΑΛΟ, ΝΟΛΟ, ΠΡÆΕΒΕΟ, ΙΤΕΡ, ΣΕΝΕΜ, &c. derivare, et rationem reddere, sicut solent grammatici, epenthesi litterarum VO, EV, HI, IN, IC, &c.

XCIV. Sed harum nugarum tædet pudetque; atque ideo, ne lectorem tædio, quo toties ipse affectus sum, afficiam, ad opus me accingam; et primum grammaticam, quatenus a seriore et vulgata discrepare visa sit, exponere conabor.

XCV. In vetustissima lingua, omnia nomina augmentum in secundo casu accepisse videntur, adjecta syllaba, vel syllaba finali in

duas dissecta; ut **ΣΩΜΑ ΣΩΜΑΤΟΣ, ΘΕΜΙΣ, ΘΕΜΙΣΤΟΣ, ΚΕΡΑΣ ΚΕΡΑΤΟΣ, ΤΡΙΑΡΗΣ ΤΡΙΑΡΕΟΣ, &c. &c.**

Eodem modo illud **ΤΟΣ** adjunctum fuisse credo omnibus nominibus in **ΙΣ** desinentibus quamvis dura ista et antiqua terminatio secundi casus paullatim emollita et contracta sit apud posteros in

ἼΤΟΣ ΙΤΟΣ, ἸΔΟΣ ΙΔΟΣ, et ΙΟΣ; Attica enim terminatio ejusdem casus in **ΕΩΣ** e corruptela sermonis veteris orta esse videtur; atque ideo pro dialecti idiomate nulla analogia fulto habenda; e qua grammatici, cum antiqua forma in quibusdam vocibus jamdudum exolevisset, et metrum nihilominus penultimam syllabam longam atque ultimam brevem flagitaret, monstrum illud poeticum in **ΗΟΣ**, ut **ΠΟΛΙΗΟΣ**, effinxerunt. Tardè tamen et pedetentim hæc licentia Homericis admissa esse videtur, Gregorius enim Corinthi episcopus, Comnenorum seculi grammaticus, **ΠΟΛΙΟΣ** tantum penultima producta, nusquam **ΠΟΛΗΟΣ** aut aliud ejusmodi inter dialectorum exempla citat.

xcvi. In nulla autem lingua vel dialecto, quæ verborum formas ac flexiones ex indole propria et usu hominum communi, non grammaticorum fucō, effinxit vel redegit, ulla fuit unquam contractorum solutio, vel circumflexus diæresis, in alia quam in ea ipsa elementa, e quibus conflata sunt; ita ut Attica ista **ΕΙ** et **ΟΤ**, quæ ex **ΕΑ** vel **ΕΕ**, et **ΑΟ** vel **ΕΟ**, toties contracta sunt, non in

Εἰ et **Οτ̄**, sed in antiqua **ΕΑ** vel **ΕΕ**, et **ΑΟ** vel **ΕΟ**, quoties dissyllabis opus sit, dissecanda sint; et quæcunque in recentiorum scriptis, præsertim Alexandrinorum, contraria occurrunt, pro factitiis habenda, atque eorum linguæ fucatæ adjudicanda. Sic **ΚΡΑΤΟΣ** in **ΚΑΡΑΤΟΣ**, ut **ΒΛΗΤΟ** in **ΒΛΑΕΤΟ** resolvi debuerat, non in **ΚΡΑΑΤΟΣ**; quod planè factitium est, ab omni omnium hominum patrio et quotidiano sermone alienum, atque ideo ejusmodi ut nemo e veterum ἀοιδῶν auditoribus intellexisset. Neque minus ex Homericis tollenda sunt alia, quæ, distracto circumflexu, rhapsodi et carminum redactores, ad versus, e posteriorum contractionibus claudicantes, supplendos, intulerunt; ut **Ω** pro

ῶ ex **ΑΟ** contracto, &c. &c.

¹ Παρὰ τῆ Σάπροι τὸ ΠΟΛΤΙΑΡΙΔΙ.

ὁ Σοφοκλῆς ἸΔΡΙΔΑ ἴφη τὴν αἰτιατικὴν, ὃ τε Φρύγιχος τὴν εὐθιαν ἸΔΡΙΔΕΙ. Schol. Ven. in II. Γ. 219.

Δῆλον δὲ ὅτι, τι ἄλλο σημαίνει ὁ ὕστερον ρηθεὶς ἈΘΕΜΙΤΟΣ παρὰ τὸν ἐνταῦθα Ὀμηρικὸν ἈΘΕΜΙΣΤΟΝ· καὶ ὅτι, ὡς περὶ ΧΑΡΙΣ ΧΑΡΙΔΟΣ καὶ Δωρικῶς ΧΑΡΙΤΟΣ, κατὰ δὲ τὴν παρὰ Ἑρωδιάνῃ Ἀλαμανικὴν χρῆσιν, καὶ ἈΡΤΕΜΙΔΟΣ ἈΡΤΕΜΙΤΟΣ, οἷον ἈΡΤΕΜΙΤΟΣ ΘΕΡΑΠΟΝΤΑ, οὕτω καὶ ΘΕΜΙΣ ΘΕΜΙΤΟΣ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σζγμω ΘΕΜΙΣΤΟΣ οἷον ΘΕΜΙΣΤΙ ΔΕ ΚΑΛΛΙΠΑΡΗΩΙ, καὶ ἰξ· αὐτοῦ ἈΘΕΜΙΣΤΟΣ. Eustath. in Od. I. p. 1618. l. 27. et sq. ΠΟΛΙΣΤΩΝ. CIVIUM. Tab. Heracl. Nap. i. 82.

Scholiasæ, ut semper, formas antiquissimas pro licentiis et dialectorum aberrationibus habent.

xcvii. Quarti casus nominum in $\text{I}\Delta$ desinentium duplex est terminatio, $\text{I}\Delta\text{A}$ et IN ; quæ nihilominus ex una eademque antiquiore forma fluxisse videntur; Latinorum enim, qui M, pro Græcorum N, in compluribus nominum terminationibus usurpaverant, quartus casus in ejusmodi nominibus in IDEM desinebat; quod Græcis litteris ac pronuntiatione $\text{I}\Delta\text{EN}$, et antiquiore sermone $\text{I}\Delta\text{AN}$ fuisset; e quo, amputatione litteræ finalis, $\text{I}\Delta\text{A}$; et elisione intermediarum, $\text{I}\Delta\text{N}$, et postea IN factum est; ita ut PARIDEM , ΠΑΡΙΔΑ , et ΠΑΡΙΝ , ejusdem formæ diversæ variationes sint. Secundus casus Latinorum in IDIS originem habuisse in ιωτακισμῶ recentiorum videtur; nam antiquiora monumenta eorum linguæ VENERUS , CERERUS , HONOROS , &c. pro VENERIS , CERERIS , HONORIS , &c. exhibent.¹

xcviii. Hic ιωτακισμὸς , cujus alia vestigia notabimus infra, e consuetudine pronuntiandi ore constrictiore oriebatur; atque usque adeo apud recentiores invaluit, ut celeberrimi regis nomen, quod in titulis ac nummis unice ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ est, derivationi a deo Mithra congruens, in libris omnibus tam Græcis quam Latinis, tam manuscriptis quam impressis, semper ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ vel ΜΙΘΡΙΔΑΤΕΣ sit; atque Græci hodierni vocales H et T ac diphthongos EI , OI et TI pro signis diversis ejusdem soni, qui est simplicis I , habeant.

xcix. Etsi nullus unquam sonus in ulla lingua ad libitum loquentis immutari poterat, in linguis tamen parum cultis, ac nondum litterarum usu fixis et stabilitis, omnes soni, qui inter se aliquo modo cognati essent, usu quotidiano perfacile commutabantur. Hinc ex litteræ, quæ spiritu denso vel aspero; i. e. non tantum a labris, sed e gutture vel pulmonibus, impetu quodam acriore, educto pronuntiabantur,² ut Σ et P , F et F , in variis dialectis, vel modis loquendi ex usu ortis, commutabiles erant; ita ut, in secundo casu plurali nominum secundæ declinationis, exempla extarent in antiquis Italorum sermonibus uniuscujusque harum litterarum in eodem loco adhibitæ; atque MUSASUM MUSARUM , ΜΟΥΣΑΦΩΝ , et ΜΟΥΣΑΦΩΝ , diversis regionibus ac temporibus perinde usurparentur.

c. In aliis titulis senioris ævi, cum ejusmodi usus litterarum jamdudum inter Græcos obsolescere cœperat, puncta nuda earum locos occupaverunt; ut in ΜΟΥΣΑ.ΩΝ ΝΤΜΦΑ.ΩΝ , &c.³ Etruscæ autem quibus littera O ignota erat ψJSAIS pro ΧΟΦΑΙΣ , vulgo

¹ Lanzi sopra le lingue morti d'Italia, P. 1. C. VII. S. 1. Osserv. IV.

² ἴστυ γὰρ ἡ μὲν ψιλὴ, ποιότης συλλάβης, καθ' ἣν ἀκροῖς τοῖς χείλεσι τὸ πνεῦμα προφέρεται, εἶον Αἶας ἡ δὲ δασεῖα, ποιότης συλλάβης καθ' ἣν ἐκ βάθους χειλίων τὸ πνεῦμα ἐκφέρεται. Porphyg. περὶ Προσωδ. in Villosion. Diatrib. p. 114. ἡ μὲν δασεῖα ἐκ τῆ θύρακος ἐκπέμπεται, ἡ δὲ ψιλὴ ἐξ ἀκρῶν τῶν χειλίων. *ibid.*

³ Salmasii de Re Hellenica, p. 431. Lanzi *ib.* Vol. 1. p. 70. 261. not. 1. et p. 306.

χοαῖς, in titulis scripserunt: at Latini veteres ERHONT, ERIFONT pro ERUNT, in tabulis Eugubianis, atque ERA-
RUNT pro eodem in aliis monumentis; et RUIUS pro HUIUS
INCROANDI pro INCHOANDI, &c.¹ Plautus etiam habet
pro GNAROS, GNARURES;² unde originem, ac formationem
secundi casus GNARORUM intelligere possumus; qui lingua
et litteris Græcorum antiquissimis ΓΝΑΡΟΦΟΝ vel ΓΝΑΦΟΦΟΝ
fortasse fuerit. Hanc tamen formam exolevisse, et contractionem
in :ΩΝ communi hominum usu sancitam esse, etiam in Homeri-
cis temporibus, oportet; quoniam nullum ejus exemplum in carmi-
nibus extat. In altera declinatione rationem antiquissimæ formæ
in ΑΩΝ vel ΑΦΩΝ facile reddebant grammatici πλεονασμῶ τοῦ Α—
εἰς δὲ Αἰολικὰ πλεονασμὸν ἔχοντα τοῦ Α μακροῦ.³

CI. Secundus nihilominus tertix declinationis casus, qui termi-
nationem in οιο habet, vexatissimus inter grammaticos est; alii
Thessalicæ, alii Bœoticæ dialecto eum tribuentibus;⁴ qua diversi-
tate sententiarum hoc saltem planè declarabant, se sane nihil om-
nino de eo scire. Si vero in antiquissima forma pluralium F ve-
l locum habebat, vix dubitare licet quin eadem littera in singula-
ribus eundem quoque locum usurpaverit: neque difficile est rati-
onem reddere istius I; cum enim punctum litteræ obsoletæ lo-
cum obtinisset, usui ac consuetudini grammaticorum consenta-
neum erat, id in iota mutari: nam littera ista omnium hiatuum
commodum ac solenne supplementum erat, quod in compluribus
postea videbimus.

CII. Antiquissimam itaque formam ΑΟΓΟΦΟ fuisse nullus du-
bito: quæ obsoleta, et in ΑΟΓΟ·Ο, ΑΘΓΟΟ, et ΑΟΓΟΤ paulatim
contracta, ΑΟΓΟΙΟ demum fiebat grammaticorum aut rhapsodo-
rum commentis; ut justam versuum mensuram quocunque modo
compleret. Vi metrica digammatis ΑΟΓΟΦΟ penultimam sylla-
bam ancipitem habuisse debuerit; atque ita metro claudicanti in
'Ιλίου προπάρουθεν,⁵ ἀνεψίου κταμένοιο,⁶ 'Ασκληπίου δύο παῖδε' Αἰόλου
κλυτὰ δώματα,⁷ leniter ac facile subventum est, restituta antiqua
nominum orthographia ΦΙΑΦΙΟΦΟ, 'ΑΝΕΠΣΙΟΦΟ, 'ΑΣΚΛΗΠΙΟΦΟ,
ΑΙΦΟΑΟΦΟ, &c. Syllaba ΟΙ, in Homericis non interpolatis, sem-
per et ubique longa est: at ΟΙΟ in secundo casu nusquam occurrit,
nisi ubi penultima primum in pede locum obtinet, et ultima tam
positione quam natura brevis est; unde constare puto penultimam

¹ Lauzi, ib. p. 259.

² Mostell. Act. 1. s. 1. v. 17.

³ Eustath. p. 178.

⁴ αἱ δὲ τῶν διο γενικαί, κατὰ μὲν τὰς ἄλλους Θεσσαλικαί εἰσιν ἐν δὲ τοῖς Ἀπύων
καὶ Ἡροδώρου Βοιωτῶν φέρονται γλώττης. Eustath. p. 140.

⁵ Iliad φ. 104.

⁶ Ib. ο. 554.

⁷ Ib. β. 731.

⁸ Odyss. κ. 60.

eam naturam quoque brevem, tono tantum et impetu pronunciandi; certis quibusdam locis toties productam esse; atque ideo aliam habuisse formam in sermone antiquo. Rarissime recentiores, etiam Alexandrini, hanc terminationem admittunt ubi ultima syllaba positione longa fit: Apollonius tamen Rhodius *Λυκούργου θεοῦ υἱός* habet; et alia fortasse exempla sedulo quærenti eruere liceret. Arg. B. 118.

CIII. Patronymicorum ac nominum, quæ e verbis formata sunt, terminationes in *ΑΣ*, *Α*, et *ΗΣ* unas et easdem ab origine fuisse puto; atque consuetudine tantum ac vario hominum usu, in diversas abiisse. Eorum casus secundos item, in *ΑΟΣ* et *ΕΟΣ*, *ΑΟ* et *ΕΟ*, contractos postea in *ΟΤΣ* et *ΟΤ*, omnes ab una antiquissima forma *ΑΦΟΣ* varie mutatos esse arbitror: quamvis omnes præter *ΟΤΣ* et *ΟΤ* locum in Homericis carminibus habuerint.

CIV. Nomina in *ευς* vel *ΕΨ* desinentia omnes casus obliquos constanter ex ordine, ut ab origine formata erant, in Homericis retinuisse videntur; neque contractio nisi in tertio plurali usquam occurrit. Schema declinationis antiquæ et Homericæ fuisse credo,

S.	D.	P.
: <i>ΕΨ</i>		: <i>ΕΨΕΣ</i>
: <i>ΕΦΟΣ</i>	: <i>ΕΨΕ</i>	: <i>ΕΨΩΝ</i>
: <i>ΕΨΙ</i>		: <i>ΕΨΕΣΙ</i> : <i>ΕΨΙ</i>
: <i>ΕΨΑ</i>	: <i>ΕΨΟΙΝ</i>	: <i>ΕΨΑΣ</i>
: <i>ΕΨ</i>		: <i>ΕΨΕΣ</i>

Quod tamen e virorum doctorum conjecturis tantum, et ratione quadam grammatica, consequuti sumus; haud enim scintillam lucis vel Italorum dialecti vel Græcorum monumenta præbent. Maximi autem momenti est litteras *E* et *T* in hujusmodi vocabulis nusquam diæresi separari; quod vix non aliquo evenire potuisset si ambæ ab origine vocales fuissent.

Quarti casus contracti unicum est exemplum *ZETN* in Æschrioris Samii epigrammate usurpatum,¹ atque sic, restituta forma antiquiore *ΑΣΕΨΝ*, e *ΑΣΕΨΑΝ* eo modo quo *ΠΑΡΙΝ* e *ΠΑΡΙΔΑΝ* contrahi ostendimus, contracta, in Il. Θ. 206. Ε. 256. et Ω. 331. omnino rescribendum pro *ZHN*; quod, elisa vocali in fine versus dactylici hexametri; seu, ut grammatici maluerunt, divisa syllaba finali, ita ut *N* ad versus sequentis iutium transferretur, in iis locis tantummodo extat, et alioqui a carminis heroici indole prorsus alienum esse videtur.

CV. Ex his nominibus formata sunt patronymica in *ΕΨΙΔΗΣ*

¹ Apud Athenæ. viii. p. 335. Brunck. analect. T, 1. p. 189. Gaisford in Heplæst. p. 255.

vel *ΕΦΙΔΑΣ* vulgo εἶδης et εἶδας; at solute semper κατὰ διάστασι; apud Pindarum et alios Æolicos Doricosve poetas antiquiores; qui digamma in carminibus sonuisse videntur.

cvi. Nomina autem in *ΤΣ* et *Τ* antiquissimis temporibus casus secundos in *ΤΦΟΣ* habuisse, e reliquiis veteris Latini certissime constat; inter quos *PECUVA* pro vulgato *PECUA* in quarto casu; et *QUESTUVIS* ac *FRUCTUVIS* pro *QUÆSTIBUS* ac *FRUCTIBUS*, in tertio vel sexto plurali occurrunt;² figura enim antiquissima τοῦ *vau* vel digammatis apud Italos et Italiotas *V* et *E* fuit;³ atque usus τοῦ *B* pro ea littera inter Lacones solennis, neque infrequens apud Latinos et alios Italiae antiquae populos.

cvii. Hac ratione τὸ *B* in tertiis casibus pronominum *SIBI*, *TIBI*, *NOBIS*, *VOBIS*, &c. locum habuit; dum in *MIHI* spiritus asper eodem modo, extruso nempe digammate, eundem locum obtinebat; quod in vocabulis Græcis etiam, dialecto non mutata, sæpe accidisse videbimus. Sic quoque adverbium relativum loci vel temporis *UBI* ex antiquissima forma tertii casus pronominis relativi *Ι-ΟΦΙ*, postea *Ι-ΩΙ*, effectum est. In usu pronominum, τὸ ὄσ ἀντὶ προτακτικοῦ τοῦ Ὀ Ὁμηρος οὐδέ ποτε τίθησιν, ut rectè monuit Athenæus: at non æque verum est quod adjecit Deipnosophista, τοῦ μπαλιν δὲ ἀντὶ τοῦ ὄσ ὑποτακτικοῦ παραλαμβάνει τὸ προτακτικὸν Ὀ:⁴ nusquam enim istud ὀ pro ὄ nisi in locis corruptis vel interpolatis occurrit.

cviii. Vocales itidem *I* et *Τ* inter se commutabiles erant tam in antiquissimis quam in recentioribus dialectis; quo evenit, ut in Etruscis inscriptionibus idem nomen promiscue *EELUA* atque *EELIA* scriptum sit;⁵ Attici præterea *ΕΩΣ* pro *ΤΟΣ* vel *ΤΦΟΣ*, substituebant in declensione nominum in *ΤΣ* desinentium; et ἐγκέλεως pro ἐγκέλυος scribebant;⁶ atque inde declinationem communem in *ΕΟΣ*; ut *ΠΕΛΕΚΤΣ*, *ΠΕΛΕΚΕΟΣ*; *ΟΞΤΣ*, *ΟΞΕΟΣ*, ortam esse puto; nam earundem litterarum commutationem in Etrusca lingua modo observavimus: at seriorelem elegantiam sapit potius quam severam rationem grammaticam Homericæ sermonis. Digamma nihilominus in hujusmodi nominibus exolevisse poetæ ætate videtur; penultima enim in secundo casu semper corripitur; ac nonnunquam ultima item in quarto.

cix. Sin autem adjectiva masculina in *ΤΣ*, secundum casum in *ΤΟΣ* desinentem habuerunt, feminina eorum in *ΤΙΑ* desiisse debuissent; neque dubito quin vulgata terminatio *EIA*, *EA*, et *EH*,

¹ Eustath. p. 21 et 28.

² Lanzi, Vol. I. p. 316 et 322.

³ Sic in Veliensium nummis et Tabulis Heracleensibus.

⁴ L. xi. C. LXXXIV. ed. Schweigh.

⁵ Lanzi Vol. 1. p. 251 not. 4.

⁶ Eustath. p. 1240. l. 15.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only**

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



nomina autem in $\Omega\Sigma$ desinentia haud recipienda sunt $\Phi\Omega\Sigma$ — $\Phi\Omega\tau\omicron\Sigma$, $\chi\rho\Omega\Sigma$ — $\chi\rho\Omega\tau\omicron\Sigma$, &c. e $\Phi\omicron\Lambda\Sigma$ — $\Phi\omicron\Lambda\tau\omicron\Sigma$, $\chi\rho\omicron\Lambda\Sigma$ — $\chi\rho\omicron\Lambda\tau\omicron\Sigma$, &c. contracta; neque $\Phi\Omega\Sigma$, *lumen*, quod a $\Phi\Lambda\omicron\omicron\Sigma$ contractum est; neque in Homericis alia quam hac plena et antiqua forma occurrit. $\Gamma\eta\rho\Omega\Sigma$ in iisdem secundam syllabam in casibus obliquis ubique productam habet: at in Pindaricis correptam esse aliquoties versus antithetici, siqua est eorum auctoritas, planè demonstrant; et digamma locum habuisse, mediis etiam vocabulis, in veterum Thebanorum sermone, ex eorum nummis certissime constat.

CXII. Pronomina linguæ veteris Latinæ digamma in obliquis casibus admisisse supra ostendimus; et cum possessiva ex obliquis positivorum casibus efformata sint, necesse est id in iis quoque locum habuisse. Sic in Oscorum vel Campanorum sermone semibarbaro $S\upsilon\epsilon\epsilon\ \tau\iota\varsigma$, i. e. $SUVEIS$; et antiquo Latino $S\upsilon\upsilon\iota\varsigma$ pro $SUIS$, in titulis inscripta observavit Lanzius; atque præterea in lingua Osca $\epsilon\epsilon\varsigma\ \tau\iota\varsigma$, i. e. $VESTIRI$; et $\epsilon\upsilon\epsilon\beta\ \tau\iota\varsigma$ i. e. $VUEBIS$, pro $VESTRI$ et $VOBIS$.²

CXIII. In eadem antiquissima lingua, secundus casus pluralis $\tau\omicron\delta\iota\varsigma\ \alpha\delta\alpha\kappa\alpha\epsilon\upsilon\mu$, i. e. $TRIPHARACAVUM$, occurrit; quod dialecto ac litteris vetustissimis Græcis $\tau\omicron\tau\iota\phi\alpha\rho\alpha\kappa\alpha\phi\omicron\nu$ fuisset; unde, in dialectis recentioribus, terminationes ejusdem casus in $\epsilon\Omega\eta$, $\Omega\eta$, et $\Lambda\eta$, varia contractione, sicut usus quotidianus, diversus in diversis locis, sermonem immutaverat, effectæ sunt.

CXIV. Homericis autem temporibus, digamma e secundis ac tertiis casibus singularibus nominum feminarum in A vel H desinentium, jamdudum exciderat; ita ut terminationes monosyllabæ factæ essent.

CXV. Syllaba ista finalis, quam ϕ paragogicum appellant grammatici, locum $\tau\omicron\upsilon$ FI in tertio casu occupasse videtur; ita ut $\Sigma\tau\rho\alpha\tau\omicron\phi\iota$, $B\iota\eta\phi\iota$, &c. antiquiore scriptura forent $\Sigma\tau\rho\alpha\tau\omicron\phi\iota$, $B\iota\eta\phi\iota$, &c. etiamsi istud $\phi\iota$ secundi perinde ac tertii casus vice jamdudum fungeretur. In tabula Eugubiana Latina, syllaba FI eundem locum obtinet; atque in hac tabula, signum illud F digammatis Græci potestatem habet, non Romanæ istius litteræ F , quam ea ætate ita invaluisse haud verisimile est.³ In ejusmodi vocabulis tamen iota subscriptum duntaxat penultima abolere auisim; nam $\beta\iota\eta\phi\iota$ e duplici modo scribendi ortum esse vix dubitare licet. De $\omicron\chi\epsilon\varsigma\phi\iota$, $\omicron\rho\epsilon\varsigma\phi\iota$, &c. diversæ fuerunt grammaticorum veterum opiniones; cum hi pro tertio casu plurali $\kappa\alpha\tau'$

² Vide Pyth. I. 103. III. 13. IV. 102. 354. Nem. IV. 47. VIII. 68.

² Vol. i. p. 347—8. Osci, sicut Etrusci, a dextra sinistrorsum scribebant; sed, quoniam veterum usus in hac re parum constans erat, ordinem notum et usitatum in omnibus recepi.

³ Lanzi Vol. 1. p. 277.

ἐπέκειντο τοῦ φ, illi pro secundo singulari κατὰ συγκοπὴν τοῦ ο, adjecta syllaba φΙ habuerint. Vereor tamen ne tertius ille casus locum in sententia tueri ubique possit, ita ut φ pro altero Σ consuetudine loquendi usurpatum esse videatur. V. Hort. Adon. in v. ὀχέσφι.

CXVI. In Argivorum ac Cretensium veterum dialectis, participia verborum in ΗΜΙ, &c. desinentium, quæ vulgo in ΕΙΣ desinunt, in ΕΝΣ desinebant; atque ita in Homericorum carminum exemplaribus nonnullis antiquis scripta esse, Heracleides, grammaticorum veterum inter doctissimos, memoriæ prodidit.¹ Ab omnibus tamen libris, tam manuscriptis quam impressis, conjunctio ista litterarum ΝΣ, a qua abhorrebant delicatulae aures recentiorum, exulat; tametsi veram atque antiquissimam formam participiorum eam constituisse, tum linguæ Latinæ auctoritas, tum ratio grammatica in declinatione certissime demonstrat: secundi enim casus in ΕΝΤΟΣ, ΑΝΤΟΣ, et ΟΝΤΟΣ desinentes, ab antiquis nominativis in ΕΝΣ, ΑΝΣ, et ΟΝΣ, justa ac recta analogia deducti sunt.

CXVII. Apocope nihilominus τοῦ Σ, Homericis etiam temporibus, haud infrequens fuisse videtur; ita ut ΤΠΠΩΝ, ΤΠΦΩΝ, &c. eo quoque seculo, pro antiquioribus ΤΠΠΩΝΣ, ΤΠΦΩΝΣ, &c. hominum usu invalescere potuissent: atqui non dubitandum est quin ΤΠΨΑΝΣ, ΤΠΦΘΕΝΣ, &c. in ΤΠΨΑΣ, ΤΠΦΘΕΙΣ, &c. emollita sint posteriorum elegantia; quæ in dialectis ἀρχαιοπρεπεστάτοις et codicibus præstantioribus (Argivis fortasse et Creticis) nondum, sub Lagidum imperio, locum obtinuerat. Audacter igitur hi archaismi carminibus restituendi sunt. Cum feminina horum participiorum, et adjectivorum imparisyllabica vel augmentata sint, vix dubitandum est quin e casibus obliquis masculinorum efficta sint; atque ea ratione pronuncianda ac scribenda, prisco more ΤΠΣΑΝΤΣΑ, ΤΠΦΘΕΝΤΣΑ, ΠΑΝΤΣΑ, &c. e ΤΠΣΑΝΤΕΣΑ, ΤΠΦΘΕΝΤΕΣΑ, ΠΑΝΤΕΣΑ, &c. contracta pro vulgatis τυψᾶσα, τυφθεῖσα, πᾶσα, &c. In adverbis sibilum finalem sæpe amputatum esse observat Eustathius τὸ δὲ ΧΑΜΑΔΙ ἔστι μὲν ὡς τὸ ΠΟΛΛΑΚΙ. δύναται δὲ καὶ διὰ τοῦ Σ γράφεσθαι ΧΑΜΑΔΙΣ, ὡς ΠΟΛΛΑΚΙΣ. οὕτω δὲ καὶ ΔΗΘΑΚΙΣ ΔΗΘΑΚΙ, καὶ ΑΤΘΙΣ ΑΤΘΙ. p. 1879, l. 58. Sic ἌΝΤΙΚΡΤΣ et ἌΝΤΙΚΡΤ, atque eadem ratione credo ἌΣΠΟΤΑΙΣ, ἘΓΡΗΓΟΡΤΙΣ, &c. rescribenda esse pro ἌΣΠΟΤΑΙ, ἘΓΡΑΓΟΡΤΙ, &c. quoties syllaba ultima, sine alia causa, producta sit.

CXVIII. Si Menandri et Philemonis reliquiarum emendatori celeberrimo credere libet, participia masculina ultimam, aliquando corripunt, ut :σας ἄνω hic (Menandri ὑποβολ. Fr. 9. p. 78.) pro γναρᾶστο haberi possit, atque ita fieri in dialecto Dorica tradidit.

¹ Apud Eustath. p. 1726. l. 24.

Corinthi episcopus. S. CXLIX. . Vix tamen ipsi Aristarcho sic cernenti assentire potuerim; etiamsi quid comicis Atticis vel colicis senioris ævi in re metrica licuerit, ne ariolari quidem ausu Dawesii autem inscitiam atque temeritatem in digammate pro inculcando his participiis, itemque tertiis personis plurali verborum, et tertiis casibus nominum et participiorum in ΩΝ sinentium, facilis esset irrisui exponere: at quæ vera sint ostendere ac stabilire præstat, ut contraria sua sponte ruant.

CXLIX. Horum nominum ac participiorum casus tertii plurali quanquam anomali quodammodo in dialecto communi esse videntur, iusta tamen et recta ratione grammatica effecti sunt: cum enim secundus casus in ΝΙΩΝ desinat, tertia in ΝΤΕΣΙ ΝΕΑΣΙ desinere debuit; quod paulatim contractum, in ΝΤΑΣΙ et ΣΗ abiit; ita ut ΠΑΝΤΕΣΙ fieret primum ΠΑΝΤΕΙ, deinde ΠΑΝΣΙ, ac postremo ΠΑΣΙ; ΤΡΙΤΟΝΤΕΣΙ, ΤΡΙΤΟΝΣΙ, ΤΡΙΤΟΝΑΣΙ, et ΤΡΙΤΟΤΕΣΙ; ΤΤΦΘΕΝΤΕΣΙ, ΤΤΦΘΕΝΤΑΣΙ, et ΤΤΦΘΕΝΣΙ, et ΤΤΦΘΕΙΣΙ, &c. &c.

CXX. Littera Σ, sicut alia liquidæ, Λ, Μ, Ν, et Ρ, sæpe per ducta vel duplicata est in pronunciando; atque cum Græci ratione scribendi consuetudini loquendi semper accommodare unaquæque gens suæ ætatis civitatisque modum pronunciandi scribendo exhibebat, a quo diversæ dialecti paulatim formas veras accipiebant. Hinc in tabula Heracleensi casus tertius pluralis participii ΠΟΝΟΝΤΑΣΣΙ, et ΠΡΑΣΣΟΝΤΑΣΣΙ est; ac varietate elegantissimi operis, eadem regione defosso, vocabulum ΝΟΟΕΣΣ inscriptum legimus.

CXXI. In carminibus, hic casus tertia penultimam litteram habet; atque Ε tum duplici signo exprimitur, contra rationem grammaticam, credo; et certe contra morem in aliis observatum; in inscriptionibus enim antiquis, si liquidum in ultima vel penultima ex usu pronunciandi geminatum sit, perinde geminatur initiali; ideoque in carminibus, si ΠΑΝΤΕΣΣΙ, ΑΙΑΝΤΕΣΣΙ &c. retineamus, ΑΕ ΑΑΟΦΟΝ, ΑΕ ΜΜΕΓΑ, &c. pro vulgato ΑΑΟΦΟΝ, Ε-ΜΕΓΑ, &c. recipere debemus. Omnia veterum monumenta Constantinopolitana imperio anteriora alterutrum unice exhibent, et si hoc, si illud prætuleris, optimorum temporum exemplum confirmare poteris. Constantia autem, vel in commutandis vel in geminandis more veterum, litteris, omnino expetenda est; quæ in libris Constantinopolitanis primum neglecta, nunc tandem Homericis carminibus restituitur, eo modo, quem antiquissimum et verissimum, re diu accuratèque investigata, puto.

CXXII. Minus inconstantia est, at non nihil tamen, in geminatione consonantium Κ, Π, Τ, nam hæc quoque ictu et emphasi pronunciandi duplicabantur, prima saltem pedis syllaba ut ὄππρω, ὄππι, &c.; quæ, ratione grammatica Ε ΟΠΠΩΣ, Ε Ο ΤΙ, &c. scribenda sunt. Β, Γ, Δ, autem, consonantes primariæ, e quibus Π

K, T, duriore et aciore quodam articulationis impetu, orta esse videntur, nunquam e tono vel emphasi duplicantur; neque dubito omnia ejusmodi exempla, quæ viri docti in carminibus Homericis se vidisse credunt, me facile monstraturum, aut menda et corruptelas esse, aut modos loquendi antiquos et obsoletos male intellectos.

CXXIII. In omnes casus, vel nominum vel participiorum in **ANΣ** vel **ΩN** desinentium, mos et consuetudo contrahendi paulatim, et comprimendi terminationes, in Homericis jamdudum temporibus, sensim ac pedetentim irrepserat: qua fit ut casus hi aliquoties sine littera **T**, et penultima correpta sint; ut **ΜΕΛΑΝΟΣ**, **ΜΕΛΑΝΑ**; **ΣΑΡΠΗΔΟΝΟΣ** : **ΟΝΙ** : **ΟΝΑ**, &c. &c. in nonnullis autem vocalis in penultima, consonante ejecta, producta est; ut in **ΚΡΟΝΙΩΝΟΣ** : **ΩΝΙ** : **ΩΝΑ**, &c.; quod maxime Homericum est, ut in sequentibus videbimus. Quartus casus pluralis omnium nominum naturalem ac vetustissimam terminationem in **ΑΣ** habuisse videtur; ita ut vulgatum illud **ΛΟΓΟΤΣ** e contractione antiquioris formæ **ΛΟΓΟΦΑΣ** ortum esse credam; atque ideo **ΛΟΓΟΦΣ** in Homericis scribendum. **Æoles** recentiores, pro veterum **F** et posteriorum **T, I** adhibebant, et tertium et quartum casum iisdem litteris scribebant.

CXXIV. A doctissimo Polybii editore nuper observatum est τὸ **Γ** e nominibus terminationem in **ΙΓΞ** habentibus, sæpe excidisse; ita ut **ΜΗΝΙΓΞ**, **ΜΗΝΙΞ**; **ΣΑΛΠΙΓΞ**, **ΣΑΛΠΙΞ**; **ΣΑΛΠΙΓΚΤΗΣ**, **ΣΑΛΠΙΚΤΗΣ** scriptum sit. Sed antiquo modo scribendi, horum nominum terminatio fuit **ΙΝΓΣ** et **ΙΝΓΤΗΣ**; et littera, quæ excidit, **N** non **Γ**: atque ita omnibus ejusmodi evenisse credo, quæ in casibus obliquis penultimam longam habent; ut **ΜΑΣΤΙΞ** : **ΙΓΟΣ**, &c. quæ, in Homericis saltem, scribi debuerant **ΜΑΣΤΙΝΓΣ** : **ΙΝΓΟΣ**, &c.

CXXV. Ubi littera finalis **Ξ** e **ΚΣ** non e **ΓΣ** conflata sit: et penultima in casibus obliquis producat; ut in **ΚΗΡΤΚΣ** : **ΤΚΟΣ**; **ΦΟΙΝΙΚΣ** **ΙΚΟΣ**, &c.; littera **T** excidisse videtur; atque eadem ratione qua **ΝΤΚΣ** : **ΤΚΤΟΣ**, **ΚΗΡΤΚΣ** : **ΤΚΤΟΣ**, **ΦΟΙΝΙΚΣ** : **ΙΚΤΟΣ**, &c. fuisse; quæ restituenda etiam Homericis facile dicerem: nisi constaret linguam veterem jam olim emolliri coeptam esse elidendo consonas duriores, et producendo antecedentes aut subsequentes vocales. Sic **ὈΡΝΙΣ** : **ΙΘΟΣ** et Doricum **ὈΡΝΙΞ** : **ΙΧΟΣ** ex antiquiore **ὈΡΝΙΧΣ** : **ΙΘΘΟΣ** facta esse, diversa loquendi consuetudine, vix dubitare licet; unde ultima in casu recto, et penultima in obliquis, semper longa est.

CXXVI. Verborum tertia persona pluralis, quæ vulgo in **ΟΤΣΙ** desinit; et quam Dawesius, contra omnem rationem grammati-

¹ Ἰλλυψιν ἔχει τοῦ τ. τοῦτον καὶ τὸ ΤΑΛΑΝΟΣ ἀπὸ τοῦ ΤΑΛΑΣ, καὶ τὸ ΜΕΛΑΝΟΣ ἐκ τοῦ ΜΕΛΑΣ. Ἰλασίπει γὰρ τὸ Τ, ὡς δῆλοι τὸ ΤΑΛΑΝΤΑΤΟΣ καὶ τὸ ΤΑΛΑΝΤΕΡΟΝ. Eustath. p. 622. init.

cam et auctoritatem veterum, in *OFΣI* quondam desuisse cen-
formam naturalem et antiquam conservasse videtur in *Æolic*
Dórica dialecto, quæ est *ONII—TΠITONTI*— quod in aliis
lectis, paullatim contractum et emollitum, fiebat *ONΣI, ΩΣ*
OTΣI. eo modo quo tertius casus participiorum. Ita etiam
tia persona verborum in *MI* ex *ANTI, ENTI, et TNTI*, in *AI*
EIZI, et TΣI abiit; itidemque, temporibus præteritis perfe-
aliorum verborum, terminatio antiqua *ANTI* in *ΑΣI* mutata
cujus penultima ob eam causam semper producta est. Egre
hallucinatus est clarissimus Lennep breves fuisse olim, cum s-
plicibus litterarum signis scriptæ essent, penultimas harum per-

narum; atque ita formas recentiores, *EIZI, ĀΣI*, et *OTΣI*,
thematibus productioribus *EEMI, AAMI*, et *OΩ* deductas esse.
Neque feliciter vir eximius futura *ΦΑΝΕΩ, ΣΠΕΡΕΩ, ΤΕΜΕ*
&c., ab Ionibus usurpata pro antiquioribus *ΦΑΝΕΣΩ, ΣΠΕ*
ΕΣΩ, ΤΕΜΕΣΩ, &c., a verbis puris *ΦΑΝΕΩ, ΣΠΕΡΕ*
ΤΕΜΕΩ, &c., formata esse voluit: nam pueris etiam noti-
esse debuit penultimas futuri et aoristi primi a thematibus in-
puro desinentibus, in omnibus omnium temporum et gentium di-
lectis, productas esse, eo quod antiquissimæ terminationes e-
rum essent *ΕΣΩ* et *ΕΣΑ*, non *ΣΩ* et *ΣΑ—TΠITEΣΩ*
ETΠITEΣΑ contracta in *τύψω* et *ἔτυψα*; atque eadem porro ratio
ΒΟΑΕΣΩ—ἘΒΟΑΕΣΑ, et *ΦΙΛΑΕΕΣΩ* et *ἘΦΙΛΑΕΕΣΑ* contrac-
in *βοᾶσω, ἔβοᾶσα, φιλήσω, ἐφίλησα*, &c.; nec non a recentioribus
Atticis præsertim, in *βῶσω, ἔβῶσα*, &c. Vis metrica binaru-
litterarum haud minus imminuta manebat, cum simplici aut *ψιλῶ*
quam cum duplici aut *ἐπισήμῳ* signo scriberetur; quod mirum
est virum egregium non percepisse, cum in omni fere voca-
longa lateat aut brevis absorpta, aut spiritus aut consona sup-
pressa.

CXXVII. In vetustissima tessera hospitali Musei Borgiani. Ve-
letris, tertia persona singularis verbi *ΔΙΔΩΜΙ*, quæ vulgo *ΔΙΔΩΣ*
est, *ΔΙΔΟΤΙ*, i. e. *ΔΙΔΩΤΙ*, inscripta est; qua antiquissimam for-
mam ejusdem personæ in aliis verbis percepisse mihi videor: ne-
que dubito quin Latina terminatio in *ET*, atque Græca in *EI*, et
obsoleta in *ETI* pariter effectæ sint; altera, amputato *I*, alter-

eliso *T*; ita ut *DOCET, ΔΟΚΕΕΙ*, et *ΔΟΚΕΙ* perinde e *ΔΟΚΕ*
ETI contracta sint; quemadmodum varius et quotidianus usus in
omnibus fere linguis plus minusve effecit. “*Iones*,” grammatici
dicunt, “*addunt syllabam ΣΙ tertiis personis singularibus modi*
subjunctivi, ut τύπτῃσι pro τύπτῃ. At syllaba ejusmodi adscititia-
ne in ullo quidem unquam hominum sermone locum habuit; et

¹ ὡσπερ καὶ τοῦ ΤΙΘΕΑΣΙ, ΤΙΘΕΙΣΙ, οὕτως καὶ ἐκ ἘΑΣΙ, ΕΙΣΙ.

Schol. Ven. in Il. A. 566. ἰωτακισμὸς in omnia grassatus est.

² Analog. C. IX.

³ Ibid. C. IV.

Ionica illa forma, nisi quod *T* in Σ mutatum sit, et *I* male subscriptum, justa ac naturalis est, ΤΠΙΤΗΤΗ—ΤΠΙΤΗΣΙ ; atque ejecta consona, et *I* finali in mutum converso, ΤΠΙΤΗΙ . In vulgatis Homericorum exemplaribus syllaba ista paragogica tertius personis singularibus optativi verborum in *MI* nonnunquam adjuncta est, saltem si librarii et grammatici recentiores $\delta\omega\eta$ et $\delta\omega\eta\sigma$ pro Atticis optativi formis habuerint; sed in priori, aut scribendum est ω pro ω , aut iota subscriptum ab omega ad etiam transferendum, et in posteriori omnino abolendum, ita ut conjunctivi fiat formae antiquioris $\Delta\Omega\Omega$ e primitiva $\Delta\Theta\Omega$ contractae; nam syllaba ista ab optativi ratione et indole prorsus aliena est.

εxxviii. Cum quisquam fuerit Homericus pronuntiandi et scribendi mos, $\tau\omega$ *T*, an $\tau\omega$ Σ , nemo nunc scire potuerit, priorem praetuli, non tam quod antiquior esset, quam quod $\epsilon\upsilon\phi\omega\nu\acute{o}\tau\epsilon\rho\acute{o}\varsigma$, et carminis majestati magis congruus. Harum litterarum inter se in locum commutatio perfacilis ac solennis, in linguarum omnium pronuntiatione, et olim fuit et adhuc est: ejusdem enim sunt organi, ut ita dicam; cum *T* consonans dentalis sit; atque Σ et Θ spiritus dentales modis diversis pronuntiati; unde Lacones sonum $\tau\omega\upsilon$ Σ $\tau\omega$ Θ tribuerunt; et hac nostra aetate omnes quasi Europae gentes syllabam *TI* tanquam *SI* pronunciant, quoties vocalis in eodem vocabulo eam excipit.

εxxix. Aliarum consonantium $\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\psi\epsilon\iota\varsigma$ in initiis etiam verborum haud infrequentes sunt; ut in ΕΙΒΩ pro ΑΕΙΒΩ , ΕΠΙ pro ΠΕΠΙ , ΙΑ pro ΜΙΑ , &c.; quorum in nonnullis restituenda est littera initialis ut versus suum metrum habeat; quod, quoties ita vitum est, fecimus. Constans tamen haec $\epsilon\lambda\lambda\epsilon\iota\psi\epsilon\iota\varsigma$ in quibusdam, et jam ante Homericam tempora usu communi recepta esse videtur; ut in ΕΥΩΣ , &c.: Etrusca enim lingua, ΕΤΙΑ est SVIA , et ΕΥΙΑ ; i. e. ΦΤΙΑ et ΠΤΙΑ quas formas antiquissimas esse, verbum ΦΤΩ vel ΦΤΩ , a quo deductae sunt, testis idoneus est. Ab eadem radice est Latina vox *PUER*; quae, solita commutatione inter sese $\tau\omega\upsilon$ *P* et $\tau\omega\upsilon$ *C* vel *K*, in Etruscis est CFED , i. e. CWER ; quo antiquissimam formam Graeci vocabuli ΚΟΥΡΟΣ videre licet; quae sine dubio ΚΤΦΕΡΟΣ , ΚΤΦΡΟΣ , et postea ΚΟΦΡΟΣ erat.

εxxx. In omnibus Graecorum dialectis praeter Atticam, *K* pro *Π* usurpatum est in ΠΩ , ΠΗ , ΠΟΤΕ , &c.; ac formae horum vocabulorum in Latina lingua, *QUO*, *QUA*, *QUOQUE*, persuadere cuiquam forte potuerint Graecos antiquissimos ita pronuntiasse ac scripsisse: sed in lingua Osca et vetustissima Latina *QUIDQUID* est PITPIT ; et *QUI*, *POI*; quo verisimile videtur, Atticam, in hac re, scribendi consuetudinem (quod raro accidit) antiquissimam esse, atque idcirco retinendam Homericis.

¹ Lanzi: Vol. II. p. 362. &c. 373. &c. ² Ibid. p. 530.

ΤΤΠΩ et ΑΕΓΩ contracta atque futura secunda appellata. Iurum, itaque passivum antiquissimum verbi 'ΕΣΩ erat. 'ΕΣΕΣ ΜΑΙ; quod ελλείψει του Ε, in tertia persona 'ΕΣΣΕΤΑΙ, atque Σ, alterius 'ΕΣΕΕΤΑΙ fiebat; e quo, solita contractione του ΕΕ ΕΙ, et sibi in pronunciando productione, factum est monstrum istud poeticum 'ΕΣΣΕΙΤΑΙ.

cxxxviii. Forma in ΜΙ contracta fuisse videtur, Homeri etiam temporibus, in 'ΕΣΜΙ et 'ΕΜΜΙ (unde 'ΕΣΣΙ, 'ΕΣΣΕΜΕΝ, &c.); et, ejecta consonante ac producta vocali, in Η emollita, e, quae 'ΗΗΝ, 'ΕΗΝ, 'ΗΝ, 'ΗΑ, 'ΕΑ, 'ΗΜΕΝ, &c. variis contractionibus efficta sunt; semper enim in memo tenendum est, formas longissimas et plenissimas in omnibus veri antiquissimas esse; neque ullam justam licentiam immutandi u quam fuisse in ullo hominum sermone, nisi quae in contrahendo et emolliendo consisteret; atque ea non pro arbitrio cujuscunque usurpata, sed usu ac consuetudine loquendi paulatim introducta neque nova illa et augmentata thēmata, quae aut ex augmenta quorundam temporum formis conficta sunt, aut modum aliquem vel consuetudinem generalem actionis, adjuncto aliquo exprimunt, sicut verba in: ΙΖΩ, ΙΣΚΩ, &c. in hanc legem peccant; compositorum enim numero habenda sunt; ut singula exempla facili probabunt.

cxxxix. Sed, quoniam verborum analogia, quae antiquae illi formae, a poetis tantum usurpatae, aut singulis dialectis propriae ad certam aliquam rationem redigerentur, inter cruces grammaticorum semper fuit, haud a proposito alienum puto, praecipue eorum sententias de hac re, e scholiis veteribus collectas et liberiorum mendis aliqua ex parte, saltem purgatas, in ordinem aliquem disponere, atque antequam plura disputavero, lectoris iudicio submittere.

cxli. Itaque, ut a verbo difficillimo, ac grammatico veterum subtilissimo et doctissimo exordiar.

Ἰστέον ὅτι τὸ 'ΕΜΜΕΝΑΙ, ὃ Ἡρακλείδης, οὐ κατὰ τὴν δοκῶσαν τοῖς πλείοσι ἀκολουθίαν παράγει, ἀλλὰ προπαρὰ λαχούσαν αὐτοῦ, ἤγουν τὴν 'ΕΜ συλλαβὴν ἀπὸ παραλήγουτος Η γενέσθαι βούλεται συστῶλη καὶ διπλασιασμῷ, ἄλλως παρὰ τὸ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα γράφειν. Φησὶ γὰρ οὕτως μέγιστον τεκμήριον ἐν ἀμφισβητήσει τόνων θεματικῶν, τὴν καὶ ταῦτα περισπᾶσαι τὰ ῥήματα, ὅτε τὸ ἀπαρέμφατον διπροπαρὰ λαχούτος τοῦ Η λέγεται. τὰ γὰρ ΚΤΩ περισπᾶται ὅτε ΚΤΗΜΕΝΑΙ τὸ ἀπαρέμφατον. εἰ δὲ ἦν ΚΤΩ βαρυτόνω, ΚΤΕΜΕΝΑΙ ἂν ἦν κατὰ τὸ 'ΕΤΡΕΜΕΝΑΙ. οὕτω καὶ ΦΙΛΩ, ΦΙΛΕΙΝ, ΦΙΛΗΜΕΝΑΙ καὶ ΝΟΗΜΕΝΑΙ, κα



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books'
Full Membership
provides unlimited
access to more than
28,000 volumes of
Christian literature for
\$8.99/month

**HOLY
BIBLE**

Continue

*Fair use policy applies

παρὰ Ἀλκαίου· καὶ ὅτι ὡς περ **ΦΛΕΥΟΝΤΟΣ** **ἘΦΑΓΩ**
ΔΡΑΜΟΝΤΟΣ **ἘΔΡΑΜΟΝ** ἀπελεύσει τῆς μετοχί-
 λεγούσης, οὕτω καὶ **ἜΟΝΤΟΣ** **ΕΟΝ** ῥητίον, καὶ οὐκ ἔστι
 καὶ ὡς Ἰακώτερον μὲν τὸ **ΒΟΝ**, τὸ δὲ **ἮΟΝ** κοῖνον. ὅθεν
ἨΕΣ καὶ **ἨΕ**. τὸ δὲ **ἮΟΝ** ἐπὶ πρώτου προσώπου; ἐξ-
 ῥίσει τοῦ **Ο** **ἮΝ** γίνεται ὡς ὁμόφωνον, κατὰ Χαλκίδεις,
ἮΝ **ἘΚΚΙΝΟΣ**· ἀφ' οὗ Δωρικῶς Ἡσιόδου ἔφη τὸ **ΤΙ**
Δ' ἮΝ ΤΡΕΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙ. τὸ δὲ ταιούτων Ἡσιόδειον Ἰ-
 ποιῆ φησι τὸ **ἨΣΑΝ** προσθέσει τοῦ **Σ** καὶ τοῦ **Α**. ὁ δὲ ἔτι
 εἰ τῇ Ἀσσίᾳ χρήμενοι φωνῇ παιῶσι, τὰ **ἘΦΤΩΝ**
ἨΛΘΩΝ, παρενθέσει τῆς **ΑΝ** συλλάβης, **ἘΦΤΩΣ**
 λέγοντες καὶ **ἨΛΘΩΣΑΝ**· οὕτω δὲ καὶ τὰ ὄμοια.

παραδίδωσι δὲ αὐτὸς καὶ ὅτι Ἀριστάρχαιοι τὸ **ἮΝ** ἰ-
 γενέσθαι εἶπον κατὰ τμησιν, ὅποια τὶς γίνεται καὶ ἐν
ἮΝΤΑΙ **ἘΑΤΑΙ** καὶ τοῖς ὁμοίοις· καὶ ἐν τῷ **ἈΣΤΤΑΓῆ**
ἈΣΤΤΑΓῆΑ, **ΔΙΟΜΗΔῆΝ** **ΔΙΟΜΗΔῆΑ**· καὶ ἐν
ἨΙΔῆΝ **ἨΙΔῆΑ**, καὶ τοῖς λοιποῖς. Eustath. p. 17.
 et 9.

3. ὅτι δὲ Ἰακόν ἐστὶ τὸ **ΕΩΝ**, ἢ Ἀιολικόν, ἢ Δωρικόν
 πάντες γὰρ αὐτῷ χρῶνται, Ἡρακλείδης ἔγραψε ποῦ. ἐν-
 ἔφη καὶ ὅτι ὡς **ἘΛΘΩΝ**, **ἘΛΘΕΤΩ**, καὶ τὰ ὅμοια, οὕτω
ἘΩΝ **ἘΕΤΩ**· καὶ, ἀναλόγῳ κράσει, **ΕΙΤΩ** διὰ διφθόγγου
 ὡς **ΦΙΛΕΙΤΩ**, **ΠΛΕΙΤΩ**· καὶ Δωρικῶς **ἩΤΩ**· Δωρίε
 γὰρ οὕτω μεταποιοῦσι τὰς ταιούτας παραληγούσας,
ΦΙΛΕΙΤΩ καὶ **ΝΟΕΙΤΩ**, **ΦΙΛΗΤΩ** καὶ **ΝΟΗΤΩ** λέγοντες.
 Eustath. p. 1411. l. 21.

4. τὸ μὲν **ἮΝ** ἀντὶ τοῦ **ἮΠΗΡΧΟΝ** ἐν πρώτῳ προσώπῳ
 προσφυῶς ἔχει τὸ **Ν** κατὰ συγκοπὴν τοῦ **ἮΟΝ** ὅπερ ἐστὶ
 ὑπηρχον. τὸ δὲ τρίτον οὐχ οὕτως ἔχει κατὰ τὸν Ἡρακλείδου
 λόγον ἔχοντα οὕτως· τοῖς εἰς βραχὺ περαιούμενοις, εἴτε
 συναϊρεθεῖσι, ταιούτοις προσώποις, οὐκέτι μετουσία τοῦ
 ἐστίν· ὥστε ἐν τῷ **ἮΟΝ** **ἨΕΣ** **ἨΕ**, καὶ συναϊρέσει **ἮΝ**
 οὐκ ὀρθῶς ἔχει ἢ προπέλευσις τοῦ **Ν** κοῖνον δὲ φησι καὶ τὸ
ἨΣΚΕΙΝ **ΒΙΡΙΑ** **ΚΑΛΑ**· διαλυθὲν γὰρ εἰς **ἨΣΚΕΕ** πᾶν
 προσλήφεται τὸ **Ν**, ὅπου γε οὐδεὶς παρατατικός, εἰς **Ν** περα-
 τοῦται ἐν τρίτῳ ἐνίκῳ παρ' Ἑλλεσιν; ἑτεροῦ δὲ λέγει
 αὐτὸς καὶ ὅτι, ὡς περ τὸ **ΚΝΕΕ** **ΤΤΡΟΝ**, ἠγὰρ ἔκνεεν
 ἔκοπτεν, εἰς τὸ **Η** συναϊρεθὲν, οἷον **ΚΝΗ** **ΤΤΡΟΝ** ἐν Ἰλιάδι
 οὐκέτι σὺν τῷ **Ν** ἐξήνεχθη· οὕτως οὐδὲ τὸ **Ἠ** μετὰ τοῦ **Ν**

γραφίσεται, ἀλλὰ δηλαδὴ δίχα τοῦ Ν, καὶ σημαίνει τὸ
 ΤΗΗΡΧΕΝ, ἀπὸ τοῦ ΕΕ δηλονότι· καὶ οὕτω μὲν κατέσ-
 τησεν ὁ σοφὸς τριαύτην γραφήν.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλως μετὰ τοῦ Ν. καῖσαι τὸ ἮΝ Δωρικῶς
 ἄρα καὶ Ἀττικῶς μετὰ τὸν αὐτὸν. Ἡρακλείδην εἰποντα
 οὕτω. τὸ παρ' ἡμῶν ΕΠΛΕΙ καὶ ΕΡΡΕΙ παρὰ μὲν τοῖς
 Ἰωσὶν ΕΠΛΕΕΝ ΕΡΡΕΕΝ· ὡς τῆς ΕΙ διφθέγγου τεμ-
 ἀφέντης παρ' ἰωνταῖς εἰς ἄμφω τὰῦτα· παρὰ δὲ Δωρικεῦσιν, ὅν
 τῇ θιαλέκτῃ καὶ ἀρχαίῳ Ἀττικῶι χρῶνται, τὰ τριαῦτα οὕ-
 ΕΕ νίς ἮΝ· συναρτῶνται τὰ γὰρ ΕΠΛΕΕΝ ΕΡΡΕΕΝ,
 ΕΠΛΗΝ καὶ ΕΡΡΗΝ παρ' αὐτοῖς. εἰ τοίνυν τοῦτο ὀρθοῦται,
 τί κωλύει κατὰ τὸ ΕΠΛΕΕΝ ΕΠΛΗΝ Δωρικῶς καὶ
 ΕΡΡΕΕΝ ΕΡΡΗΝ, αὐτως εἶναι καὶ ΕΕΝ ἮΝ, περισ-
 ταιρένας μὲν τοὶ διὰ τὸ τοῦ φήματος μονοσύλλαβον; χαρέν-
 καὶ τῆς Δωρικῆς φωνῆ καὶ τῶν Ἀττικῶν· οἱ καὶ τὸ ΔΑΜΑΤΩΡ
 Δωρικῶν φιλοφῶν καλεῖται ὡς καὶ ἄλλοθι ἐδηλώθη, ὅτε τὸ
 θαῦμα πραεῖται, ὡς καὶ ὁ τοῦ κωμικοῦ Πλάτωνος δῆλοι.

ἔτι ἰστέον ὅτι τὸ εἰρημένον ἮΝ, ἐπὶ τρίτου ἐνίκου προσ-
 ῶπου, ὁ Ἄλκμαν ἨΣ λέγει, μετετλημένου τοῦ Ν εἰς Σ
 Δωρικῶς, ὡς ὁ Ἡρακλείδης παραδίδωσιν. ἔστι δὲ αὐτοῦ
 χρῆσις καὶ παρὰ τῷ βουκολιάστῃ ὡς καὶ ἐν τῷ ΠΕΠΟΙΗ-
 ΚΑΜΕΝ καὶ ΛΕΓΟΜΕΝ καὶ τοῖς ὁμοίοις τρέπουσι τὰ Ν
 εἰς Σ οἱ Δωριεῖς λέγοντες ΠΕΠΟΙΗΚΑΜΕΣ καὶ τὰλλα
 ὡσαύτως, δηλοῦσιν οἱ χρῆσάμενοι. τὸ δὲ παρ' Ἠσίοδω ΤΗΣ
 ΔΗΝ ΤΡΕΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙ ἀντὶ τὸν ἨΣΑΝ Βοιωτιῶν λέγε-
 ται γλώσσης εἶναι, οἱ ἔνικα ῥήματα πληθυντικοῖς ὀνόμασι
 συνέταττον. Eustath. p. 1892, l. 30.

δ. ἰστέον δὲ ὡς Ἡρακλείδης ἠμαρτῆσθαι εἰπὼν τὸ ἸΣΤΩ
 γράφει τοιαῦτα.

τὰ διὰ τοῦ Σ ἐκφερόμενα προστακτικὰ καὶ εἰς Ω λήγοντα
 ἀρκτικὸν ἔχει τοῦ Ω τὸ Θ ὅλον ΛΕΓΕΣΘΩ, ΠΟΙΕΙΣΘΩ,
 καὶ τὰ ὅμοια· ἠμαρτῆται οὖν τὸ ἸΣΤΩ, κάθα καὶ τὸ
 ἘΣΤΩ, διὰ τοῦ Τ λεγόμενα. νοητέον δὲ, φησιν, ἠμαρτῆσ-
 θαι αὐτὰ διὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ Σ, ἢ πέρ τὴν διὰ τοῦ Τ
 γράφην, ταῦτα δὲ οὕτως εἰπὼν, ἐπάγει μετ' ὀλίγα ὅτι ἐνίοι
 εἰς τὸ ἘΣΤΩ καὶ ἸΣΤΩ οὐ φασι περιττεύειν τὸ Σ ἐκ τοῦ
 ἸΣΤΩ δὲ καὶ ἘΣΤΩ κατ' ἔξαρσιν γενέσθαι τὸ ἸΣΤΩ,
 καὶ ἘΣΤΩ καὶ μὲν ἀοριστῶδη χρόνον σημαίνει τὸ ἘΣΤΩ,
 τὸ ἂν εἶναι ἐξαίρουμένον· ἐπὶ δὲ μέλλοντος τὸ Ε λείπειν, οὐ
 VOL. VII. CI. JL. NO. XV. E

τὸ Α. ἐφ' οἷς ἐπικρίνει ὅτι τὸ Α λείπει, ἵνα ἢ ἘΣΑΤ
 ἘΣΤΩ. ΠΟΙΗΣΕΤΩ γὰρ, ἢ ΝΤΞΒΤΩ οὐδεὶς λέγει·
 δέ, φησι, καὶ λείπει τὸ Ε, ὡς ἐνεστῶτα νεώτερον κατὰ
 ΝΤΣΞΕΤΩ. ἐν τούτοις δὲ καταστέλλον καὶ τοὺς τὸ ἘΤ
 ἀφ' οὗ τὸ ἘΣΤΩ, ἩΤΩ λέγοντας ἐκτάσει τοῦ Ε εἰς·
 λέγει ὡς οὐδὲν εἰς ΤΩ λήγον προστακτικῶν, ἔχον παρα-
 λειπόμενον τὸ Ε, μετατίθησιν αὐτὰ εἰς Η· οὐδεὶς γὰρ τὸ ΦΕΡΕΤ
 ΔΕΓΕΤΩ, ΦΕΡΗΤΩ ΔΕΓΗΤΩ φησὶν· οὐκ αὖν οὐδὲ ἘΤ
 ἩΤΩ, ὡς δέ, φησι, καὶ τὸ ἘΤΩ, ἡμάρταναι διὰ τοῦ
 λεγόμενον, παράπηγμα διδάξει τόδε· πᾶσα μετοχὴ εἰς Ω
 ὀξυτόνος τὸ τρίτον προστακτικὸν διὰ τοῦ ἘΤΩ περὶ
 ἘΔΘΩΝ ἘΔΘΕΤΩ, ΣΧΩΝ ΣΧΕΤΩ, ΣΠΩΝ ΣΠΕΤΩ
 καὶ ΜΕΤΑΣΠΕΤΩ. ταυτὴ τῶν καὶ ἀπὸ τοῦ ΒΙΠΩ
 ΒΙΠΕΤΩ ῥητέον. προστακτικῶν μέντοι ἀορίστου μετοχῆ
 ἔσαν ληγαύσης εἰς Σ, ὅτε εἰς ΤΩ περαιοῦται ἐπὶ τρί-
 τῳ προσώπῳ, τῷ Η παραλήγεται. ὡς ΣΦΑΓΕΙΣ ΣΦ
 ΓΗΤΩ, ΔΑΡΕΙΣ ΔΑΡΗΤΩ· καὶ ἀπὸ τοῦ ΘΕΙΣ οὖν κ
 ΕΙΣ, ΘΗΤΩ καὶ ἩΤΩ, οὐ μὴν ΘΕΤΩ καὶ ἘΤ
 ἔνθα ἡμάρτησθαι εἰπὼν κατὰ τὸ ΘΕΤΩ καὶ ἘΤ
 ἦσαν ὑπαρχέτω, καὶ τὸ ἘΤΩ, ἀφ' οὗ σύνθετον τὸ ἈΦΕΤΩ
 λέγει, καὶ ὅτι τινὲς οὔτε ἘΤΩ φασὶ προστακτικόν, οὐ
 ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἩΤΩ, ἀλλὰ ἘΕΤΩ τρισύλλαβον ἀπὸ τ
 ἘΩΝ μετοχῆς. ὅθεν γενέσθαι τὸ ΕΙΤΩ ἐν διφθογγῷ κ
 ἐκείθεν ἩΤΩ διὰ τοῦ Η, ὡς ἐν τῇ Α βραβυδία προγ
 γραπται.

ὁ δ' αὐτὸς Ἡρακλείδης τῆς αὐτῆς ἘΩΝ ὀξυτόνου μετοχῆ
 τὸ εὐκτικὸν κανονίζων, λέγει ὅτι, καθὰ τῆς ἘΔΘΩΝ κ
 ΕΙΠΩΝ μετοχῆς, εὐκτικὰ ἘΔΘΟΙ καὶ ΕΙΠΟΙ, οὕτω
 καὶ ΣΧΩΝ ἘΠΙΣΧΟΙ, καὶ ἘΠΙΣΠΩΝ ΠΟΤΜΟ
 ἘΠΙΣΠΟΙ, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς ἘΩΝ ἘΟΙ, οὐχὶ ΕΙΠ
 περὶ δὲ τοῦ ΕΙΗ, οὗ λόγος ἔσται τις καὶ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα
 λέγει ὡς πᾶν ῥῆμα εὐκτικὸν ἔχον τὴν ΕΙ διφθογγὸν παρατ
 λευτόν, καὶ τὸ τέλος διὰ τοῦ Η, ἐκ μετοχῆς πεποιήτι
 ληγαύσης εἰς ΕΙΣ, οὐ μὴν εἰς ΩΝ· καὶ τοῦτο φανερόν φησι
 ἐκ τῶν Αἰολικῶν μετοχῶν· Αἰολεὶς γὰρ τὸ ΝΟΩΝ ΝΟ
 ΟΙΗΝ, ΦΡΟΩΝ ΦΡΟΝΟΙΗΝ, καὶ τὰ ὅμοια τὰ πα
 ἡμῶν ΦΙΛΒΙΗΝ λέγουσι καὶ ΝΟΕΙΗΝ· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ
 μετοχῶν αὐτῶν εἰς ΕΙΣ προφέρουσι, ΦΙΛΕΙΣ καὶ ΝΟΕΙ
 λέγοντες ἀντὶ τοῦ ΦΙΛΩΝ καὶ ΝΟΩΝ. κατὰ δὲ τὸ ὅμοι
 καὶ ἀπὸ τῆς ΩΝ, προτοτύπου μετοχῆς συζυγίας πρώτῃ

τῶν περισπωμένων, εἴη ἂν εὐκτικὸν τὸ ΟΙΗ, καὶ Αἰολικῶς ΕΙΗ· ἀπὲρ καὶ ἡ μετοχὴ ΕΙΣ. οὕτω δὲ πρῶτον εἰπὼν, ὑποκαταβαὶς γράφει οὕτως ἀπὸ τοῦ ΘΕΙΣ καὶ ΒΛΕΙΣ γίνεται ΘΕΙΟ εὐκτικὸν καὶ ΒΛΕΙΟ, οὗ χάρις ἐν Ἰλιάδι πᾶν δὲ παλαιότερον εὐκτικόν, ἦγον εἰς Θ. ληγόν, παρὰ Σικέλοις ἀπὸ τῶν παρ' ἑμῶν εἰς ΕΙΣ ληγουσῶν μετοχῶν, μεταβάλλον τὸ Θ εἰς Ε, πληθυντικῶν ποιῶν προσθέσει τοῦ Τ· ΘΕΙΟ ΘΕΙΤΕ, ΣΦΑΓΕΙΟ ΣΦΑΓΕΙΤΕ, ΒΛΗΘΕΙΟ ΒΛΗΘΕΙΤΕ· εἶτα εἰπὼν ὅτι οὕτω καὶ Ὁμηρὸς ἀπὸ τοῦ ΔΙΑΚΡΙΝΘΕΙΣ καὶ τοῦ ἐκείθεν Σικελικοῦ ΔΙΑΚΡΙΝΘΕΙΟ ἔφη τὸ ΔΙΑΚΡΙΝΘΕΙΤΕ ΤΑΧΙΣΤΑ, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ Σικέλους ΕΙΣ μετοχῆς καὶ τὸ ΕΙΟ εὐκτικόν καὶ τὸ ΕΙΤΕ οἶον, παῖοι Κ' ΕΙΤ' ΩΔΥΣΣΗΙ ΑΜΥΝΕΜΕΝ—καταδέχεται καὶ τοὺς λέγοντας πᾶ τοιαῦτα συγκεκόφθαι οἶον, τὸ ΔΙΑΚΡΙΝΘΕΙΤΕ ἐκ τοῦ ΔΙΑΚΡΙΝΘΕΙΗΤΕ, καὶ τὸ ΕΙΤΕ ἀπὸ τοῦ ΕΙΗΤΕ, εἰπὼν ὡς οὐ διαφερόμεθα αὐτοῖς, οὐ γὰρ ἄτοπον αὐτὰ κατὰ συγκατῆν ἐξηγητέσθαι. Eustath. p. 1755. l. 54.

β. κυριολογία δὲ τοῦ ΕΙΑΤΟ ἀντὶ τοῦ ἘΚΑΘΗΝΤΟ ἐν τῷ ΠΕΝΤΗΚΟΣΙΟΙ Δ' ΕΝ ἘΚΑΣΤΗ—ἔδρη δηλαδὴ—ΕΙΑΤΟ. οὕτω καὶ ἐν Ἰλιάδι τὸ ΕΙΑΤΑΙ ΕΝ ΜΕΓΑΡΟΙΣ ΠΟΤΙΔΕΓΜΕΝΑΙ, ψιλῶς κατὰ Ἡρακλείδην προεξεκτέον· οὐ γὰρ κἀθηνταί, φησιν, ἀλλ' ὑπάρχουσιν, ἦγον εἰσίν. Ἰωνες γὰρ τοῖς παρακειμένοις ἀντὶ ἐνεστώτων χρώσται οἶον, ΔΙΑΝΕΝΟΗΜΑΙ ἀντὶ τοῦ ΔΙΑΝΟΟΤΜΑΙ, καὶ τὰ ὅμοια.

Sehoud was proclaimed successor to his father Abdalaziz, by the unanimous suffrages of the Wahabis, and he continues to preserve amongst them such a spirit of religious fanaticism, and ambition of conquest, as not only renders them a terror to bordering nations, but seems to insure them the universal monarchy of Asia. In the mean time, their respect for the English will be sufficiently evinced by the following anecdote:—Some Wahabis of the desert having intercepted a messenger from Mr. Manesty, the British agent at Bassora, detained one of his letters; this gentleman complained of the insult, and demanded satisfaction in a high tone. The Sheikh exerted himself to discover the guilty person, and having found him, cut off his head, then dipped his hand in the unfortunate Wahabi's blood, impressed his sanguinary fingers on the letter, and sent it to Mr. Manesty, desiring him to consider the marks which it exhibited as proofs of his attachment, and of his promptness in punishing the culprit.

During the year 1806, several of those pious Musulmans, who formed the caravan of *Hajis*, or pilgrims, on their way to Mecca, were massacred by the Wahabis; these sectaries levied a heavy contribution on those whom they suffered to live and broke the sacred *mahmel*, or box, containing the Grand Signior's offerings to the tomb of Mohammed, a circumstance regarded by the Turks at Aleppo as portending the fall of Musulmanism. The few pilgrims who were permitted to enter Mecca, had the mortification of finding all the Mosques destroyed; the exterior ceremonies of their worship abolished, and the ministers of their holy religion exterminated; the *Caaba* alone remained uninjured.

Medina has since become a prey to these fanatics, and although they have experienced occasional repulses, yet there is reason to apprehend that Syria and Mesopotamia will also yield to their power. Bagdad,

Bassora, Mousul, Aleppo, and Damascus, the principal cities of those provinces, however fortified they may be, cannot long resist the overwhelming torrent; for although the Wahabis never think of besieging a place according to the rules of military art, yet by plundering the villages, stripping all caravans, and preventing all means of obtaining relief or provisions; their enterprizes are generally rendered successful.

In 1807, the town of Ana, situated on the River Euphrates, was sacked by the Wahabis; who destroyed by fire and sword, not only the place, but most of the male inhabitants; carrying off immense booty, and a great number of women and children, whom they keep as slaves.

NOTICE OF

*ANIMADVERSIONES IN JUVENALIS SATIRAS, SIVE CENSURA
EDITIONUM RUPERTIANARUM, AUCTORE J. R. AUG.
HEINECKE, Halis Sax. 1804. Octavo, pp. 108.*

THE Student, who wishes to make himself a master of Juvenal, will find it worth his while to pay some attention to these few pages, which successfully illustrate many a difficult passage in this popular, but obscure author. They will at the same time enable our readers to make a proper estimate of Rupert's edition, which has always appeared to us to enjoy a higher reputation than its merits ought to have secured to it, partly from the pompous recommendation of its own utility and pretensions by the Author himself, partly from the circumstance of its being a bulky volume, which seems to contain every thing valuable in the preceding commentators, and partly from the circumstance of its being published by one of the Germans, upon whose industry, learning, and knowledge of their subject, we are accustomed to rely, and especially by a man, who had been previously introduced to our notice. The Clarendon-Press, by the recent republication of Rupert's own epitome (with but few additions and alterations) in one volume octavo, has made our countrymen more familiar with Rupert's work, and we are therefore the more anxious to put the Student upon his guard. Conformably to the plan, which we have adopted in our sketch of Kuster's Edition of *Xenophon's Economics*, we shall cite the whole Preface with the introductory stricture, and then make some other extracts from the Work; without any comments, to prove the



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

HOLY BIBLE

Continue

*Fair use policy applies

Vix, puto, ipse vir doctus tantum pretium statuit verbis suis. Sed hæc verbo notasse sufficiat. Duplex editoris officium est. Alteram consistit in textu constituendo; alteram in interpretando. Ad integritatem textus restituendam requiruntur codd. MSS. et veteres editiones. In his colligendis felicissimus fuit cl. R. quippe qui tum veteres editiones, tum codd. MSS. undique nactus sit, ut merito gloriari possit nulli superiorum editorum tantam copiam ad manum fuisse. In his subsidiis sunt quoque conjecturæ Schraderi, ut hunc potissimum nominem, quæ ex margine editionis Henninî corrasæ satis magno numero ad cl. R. veniret. Sed ex his conjecturis vix una alterave tanto viro digna est. Maximam partem, aut Herbell qui misit, aut cl. R. melius suppressissent, quod Schraderum fecisse, si suas conjecturas ei retractare licuisset, mihi persuasum est. Ex MSS. et edd. cl. R. collegit var. lect. easque sub textu posuit. Utilem sane navavit operam, sed in eo reprehendendam, quod et manifesta vitia emotavit. Nonne ridiculum est hujusmodi var. lee. offerre? Sat. 1, 61. pro *Automedon*, *Automedon*, *Autkimedon*, *Autromedon*. Sat. 2, 6. pro *Pitæcon*, *Pictæcon*, *Pyctæcon*, ibidem 92, pro *Cecropiam*, *Cetropiam*, *Cyclopiam*, et pro *Clytlo*, *Coeyton*. Sat. 3, 103. pro *Eudromidem*, *andromydem*, *andromedam*, *andromadem*; ibidem 184. pro *Cossum*, *Quossum*, *Quonssum*; ibidem 217. pro *Euphranoris*, *Eufrynoris*, *Efranoris*, et pro *Polycleti* *Polydreti*, *Pollideti*, *Polludeti*, *Pollicheo*. Sat. 6. 110. pro *Hyacinthos*, *Jacinctos*, *Jyacinctos*, *Zacynthos*. Sed satis est nugarum. Facile consententem in his quæ dixi habebat cl. R., quum ipse acerbè ejusmodi laborem vituperet in præf. min. edit. p. 11. "Rullem et indigestam congerant molens variarum lectionum," (loquitur de Criticis maxime Davavis) "vel potius, longe maximam certe partem, quisquiliatum surdianque monachiarum, quibus librariorum tum stupor, tum negligentia impertavit antiquas editiones et codices MSS. qui parte omnes sunt recentes et via digni, in quibus excutiendis conferendisque aliis et operam perdas." Multa loca ex fide codd. MSS. se correxisse ait, aliorumque qualicunque ingenio suo emendandorum periculum fecisse, neque tamen conjecturas suas in textum recepisse, nisi ubi vulgata plane inepta esset, et quibusque eas probaret, qui rei criticæ usum haberet et linguam Latinam probe calleret, *Præf. ad Siliam* p. 75, ad *Juvenal.* p. 29. et min. ed. p. 18. Designatæ maximam partem conjecturæ sunt *Præf.* p. 28. sed, quod jam monui, ex omnibus his conjecturis vix una probari potest. Omnes fere probant editorem neque rei criticæ usum habuisse, neque linguam Latinam satis callere. Sæpius ludere videtur, v. c. *Sat.* 14. 316. seqq.

Mensura tamen qua

Sufficiat census, si quis me consulat, edam:

In quantum sitis, atque fames et frigora poscunt.

Hic in var. lect. annotatur: "En quantum suspicari possis, ad vite Comment." Et in commentario hæc loquendi ratio illustratur. Sed quid opus est conjectura, si in quantum bene se habet, quod non solum argenteæ ætatis scriptoribus, sed etiam aureæ frequentatum, docet magnus Rubakenius ad *Vellei.* 1. 9.

Sat. 5. 160. 161. (P. 8.)

*Quum veniet contra, digito compeste labellum,
Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.*

Vide quas turbas excitaverint interpretes in loco sane non difficili, cujus sensum plane perverterunt. Pro *verbum* nonnulli MSS. *verum*, quod arripuit Britannicus, et ridicule explicat, ita ut refelli non mereatur. Plathnerus emendavit *si verbum dixerit*, Rupertius *quum verbum dixerit*. Omnibus his non opus. In sequenti versu Lambinus, Grævius et Lubinus legere volunt *hic st* vel *st h. e. hic tace*. Heinsius volebat *hic st* et Burmannus Secundus ad *Anth.* Tom. 1. Lib. 3. *Ep.* 188. legit,

Cum veniet contra st! digito compeste labellum.

quod ineptum est. Sed audiamus Rupertium explicantem: "Quum tibi obviam veniet Tigellinus tace, alioquin ille mox accusator erit, qui imperatori dicet *hic est* ille improbus, qui famam tuam lædet, tibi maledicet, (sed de imperatore non erat sermo); nisi malis, qui Cæsari te obviam ei venientem digitis monstrabit dicens, *hic est* ille nam hoc sufficit, et crimen, cujus te iusimulat probare, nihil attinet." Aio tu? Si Juvenalis hoc ita expressisset, quovis tirone pejus balbutiret: Sed jam tempus est, ut ipse aliquid proferam, quod Juvenale dignum sit. Ante qui subintelligendum est *ejus*, vel *ei* de qua Ellip. quæ sæpissime imperitis librariis et Criticis tenebras effudit, cf. Gronovium ad Liv. 23, 15. Ducker. ad Flor. 1, 1. Cort. ad Sallust. Cat. 13, 2. et ad Cic. *Epist. ad diver.* 3, 6, 7. Jam sensus vel optimus efficitur. Responderat poëta monitori; se vix sibi temperare posse, quin eum, qui patruos tres veneno necasset, et tamen summa pompa per urbem veheretur, acriter carminibus perstringeret. Huic monitor: Cave facias; non modo satiram in eum ne scribas, sed si tibi forte occurrat, ne verbum quidem proferas, quod eum offendere possit, nam etiam accusator erit *ejus* i. e. accusabit eum, qui tantummodo hæc paucula dixerit *hic est*, i. e. ut jam Grangæus sensisse videtur, quem haud intellexit Rupertius, *hic est* ille sceleratus homo. Hæc verba *hic est* cum contemptu pronuncianda sunt, plane ut nos *das ist der*, ubi ex modulatione vocis intelligitur laudemne et admirationem indicet, an vituperationem. Quam ob rem ut paucis sententiam complectar, hoc dicit— Non solum si satiram scripseris, maximas pœnas dabis, sed si vel, ubi ille tibi occurrit, alteri dicas, *hic est* ille sceleratus. Valeant igitur Interpretes cum suis conjecturis.

Sat. 7. 106—114. (P. 13.)

*Dic igitur, quid caussidicis civilia præsent
Officia, et magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant i sed tunc, quum creditor audit
Præcipue, vel si tetigit latus acrior illo,
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen,
Tunc immensa cavi spirant mendacia folles
Conspuiturque sinus: veram deprendere messem
Si libet, hinc centum patrimonnia caussidicorum
Parte alia solva russati pone Lacernæ*

Nihil hic videt totus interpretum grex. Audiamus novissimum. "*Ipsi caussidici magna sonant*, vocem valde intendunt et clamant, (*magna* sc. verba, adverb. ut *magnum* pro valde, vel clara voce, sonant, loquuntur, et quidem ingenti vocis intentione: doctae dicendi formulæ *magna* et *magnum loqui*, et *sonare* passim occurrunt, sed plerumque ad magniloquentiam vel jactantiam spectant, cf. Burmann. ad Val. Flac. 1., 262. et Vulp. ad Prop. 2, 15, 53.) *sed tum præcipue, quum creditor audit*, quum pro creditore dicunt (quod malim quam, quam adversus creditorem agunt causam,) adeoque in re pecuniaria, in qua ærius et majori vocis intentione disceptari solet de jure; vel *si latus eorum tetigit*, pulsarit debitor, cujus causam agunt, qui creditum negans acrior est et esse solet illo creditore, et *qui debitor venit ad dubium* faciendum, negandum nomen debitum, vel ad causam de incerto debito agendam, *cum grandi codice, tabulis, accepti et expensi.*" Haec cl. R. præeunte Britannico, quæ perversissima sunt. Primum nulla, si hanc expositionem admiseris, oppositio inter *Ipsi magna sonant*, &c. et *verum deprendere messem*, quod bene vidit Lubinus, qui scribere jubet, *verum*, h. s. Labores caussidicorum magni, sed fructus inde perceptus exiguus. Futilibus argumentis hunc refutavit editor Stadensis: *reram* majorem habere vim, et orationem fieri concinniorē!! Tum quæso, quid sibi velit τὸ *ipsi*. Scribendum fuit *quidem*. Magna quidem vocis intentione clamant sed messem etc. Plauum erit ex his, esse alienam hanc explicandi rationem. Tu mecum expone in hunc modum. Dicit Juvenalis caussidicos non majorem fructum sui laboris percipere, non esse divitiores poetis et historicis, quos ante memoravit, negatque tam lucrosam eorum esse officium, quam ipsi jactant, mentiuntur, sed tum præcipue, quum creditor audit, vel quum argentarius (ita optime jam vetus Scholiastes) debitam pecuniam ab illis exigit, et cum codice accepti et expensi ad illos venit, cui non tuto pecunia credita videtur. Dubium nomen Juvenalis nominat quod fortasse solvi non potest. Taxat igitur Juvenalis grandiloquentiam caussidicorum, qua utuntur coram creditoribus suis, quum tamen vix illis præstet eorum officium, ut e paupertate emergere possint. Quare creditoribus sumum vendere coguntur, ut famæ consulant suæ, et sint qui credere volunt. *Magna sonare* ea significatione usurpatum est, quam cl. R. usitatioem esse bene observavit. Si tali modo locum exposueris, neque Lubini conjectura *rerum* opus est, nec Rupertii pro *audit, ardet*, vel *audet* substituentis.

Sat. 6. v. 14—8. (p. 20.)

*Multa pudicitiae veteris vestigia forsan,
Aut aliqua exstiterint et sub Jove; sed Jove nondum
Barbatò, nondum Græcis jurare paratis
Per caput ulterius, quum furem nemo timeret,
Caulibus, aut pomis, et aperto dixeret horto.*

Dignus est qui cum nostro loco comparetur locus Calpurnii *Eclog. I. 37, 45.*

*Licet omne vagetur
Securo custode pecus, nocturnaue pastor
Claudere fraxinea nolit præsepia crate;
Non tamen insidias prædator ovibus ullas*



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only**

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



nisi quem ceciderint. Tam insulse sæpius interrogare potuit. Præterea poterit vix locum habere possit, scribendum fuit potest.

Sat. 5. 146—148. (p. 32.)

*Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino; sed quales Claudius edit
Ante illum uxoris post quem nil amplius edit.*

Spurii hi versus et inepti mihi videntur. Quæro enim quid sibi velint verba: *sed quales Claudius edit ante illum*, etc. cl. R. explicat: *non venenator* et revera alius sensus his non inest. Sed quæro iterum, cur hæc adjiciantur, domino non dari boletos venenatos. Hoc, ut opinor, jam per se ipsum patet, dominum, auctorem cœnæ non jussurum sibi dari edulia venenata. Quis ferret hæc: Dominus qui ceteros invitaverat sibi poni jussit lepores, sed haud venenatos, ceteris convivis vero carnem villorem. Absurda hæc esse, nisi fallor, jam subodoratus est Schurzfleischius, qui versus hos ordine, quo cum maxime feruntur, contra mentem poëtæ esse pronunciat et in hunc modum ordinandos et corrigendos,

*Boletus Domino, fungi ponentur amicis
Vilibus ancipites, seu quales Claudius edit.*

Præterea tantum abest, ut verba postrema
post quem nil amplius edit

festive pro, *quo periit*, dicta putem cum cl. R.; ut absurdissima judicem. Sed talia magis sentiri quam verbis explicari volunt et mire diversa semper fuerunt et sunt judicia hominum de pulchritudine alicujus loci. Tu mecum hos tres versus e medio tolle.

Sat. 6: 23, 24. (p. 33.)

*Omne aliud crimen mox ferrea protulit atas.
Viderunt primos argentea sæcula mæchos.*

Hos versus transpositos esse suspicatus est Schraderus in *Emendatt.* p. 139, eumque sequitur cl. Ruperti. Verissima hæc; si uterque versus Juvenalis est, non possumus non cum Schradero facere. Sed versus postremus spurius; nil est enim, nisi mera repetitio eorum, quæ jam supra dicta erant. Saturno, rege, sive ætate aurea, pudicitiam fuisse in terris nullosque mæchos, monuerat poëta. Nounihil, pergit, pudicitia fortasse fuerit, Jove regnante, sed tantum initio ejus imperii, mox enim pudicitia abiit. His jam satis demonstraverat, quamquam haud expressis verbis, argenteo sæculo primos fuisse mæchos. Adjicit adhuc: Antiquum et vetus est alienum lectum concutere atque sacri genium contemnere fulcri, i. e. jam argentea ætate mæchi fuere. Jam videbis, quam insulsa hæc, quæ sequuntur: Viderunt primos argentea sæcula mæchos. Margini hæc illita, unde postea alieno loco in textum migravere.

Sat. 1. 1. (p. 44.)

Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam?

In verbo *reponere* quosdam hæreré video, sed *reponere*, h. l. idem

esse, quod *rependere* clarum fiet ex Seneca *de Ira* 1. 3. : “ Aristotelis definitio non a nostra abest; ait enim, iram esse cupiditatem doloris reponendi,” ubi Lactantius habet *rependendi*; Eadem enim verba affert *de Ira Dei*, Cap. 17: “ Aristotelis definitio non multum a nostra abest, ait enim, iram esse cupiditatem doloris reponendi.”

Sat. 1. 26—29. (p. 50.)

*Quum pars Niliacæ plebis, quum verna Canopi,
Crispinus, Tyrias humero revocante lacernus,
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferte queat majoris ponderti gemma.*

In his verba, *Tyrias humero revocante lacernas*, multum negotii crearunt Interpretibus. Vir incomparabilis Joh. Fred. Gronovius, cui omnes principatum in his literis concedunt, *Observ.* Lib. 2, 19., explicat, adstrictas et religatas fibulis habente. Sed ipse non multum huic explicationi tribuisse videtur, et, ut verum fatear, vix cuiquam placere potest. Ferrarius *de Re Vest.* 4, 13. putat *Tyrias lacernas* esse leviores et tenuiores, quas per æstatem delicati gestarent, harumque plures de die mutasse Crispinum, ut Zoilus ille Martialis in hora mutavit Syntheses; in hujus sententiam se inclinare profitetur Rupertius; Sed, si quid video, hæc explicandi ratio plane aliena est ab usu loquendi. Grævium, qui conjectit,

Lacernus

Ventilet æstivo digitis sudantibus auro,

jam satis refutavit Rupertius. Igitur amplius quærendum est, et, ni fallor, locum recte explicatum dabimus. Sensem statuo hunc: cujus mollis humerus revocat Tyrias lacernas, i. e., postulat ob mollitiem, ut deponantur lacernæ graviores et crassiores quas per hyemem gestaverat, induanturque tenuiores et leviores, quas semper æstate gestare solebat, *revocat* dicit Juvenalis, quia jam proxima æstate et sæpius eas gestaverat, sed incipiente hyeme deposuerat, nunc, quum rursus æstas est, revocat, i. e., resumit æstivas. Revocari enim dicitur, quod aliquamdiu intermissum, ad pristinum morem et usum reducit. Cf. Ducker ad Sueton. *Vesp.* Cap. 16. Plures ob causas igitur male audit Crispinus, quia nec humerus pati possit graviores lacernas, nec digiti magnos annulos, sed utraque pro diversitate anni temporum diversa sint. Vide, quanta vis insit sententiæ, quam doleo Interpretes non recte cepisse.

Sat. 6. 196. seqq. (p. 82.)

*Quod enim non excitet inguen
Vox blanda, et nequam? digitos habet. Ut tamen omnes
Subsidant pennæ; dicas hæc mollius Hæmo
Quamquam et Carpophoro: facies tua computat annos.*

Corrupta hæc esse, nemo negabit. Cl. R. legere vult *et tamen*. Tu mecum scribe *Attamen* pro *ut tamen*, et sana fateberis omnia.

Sat. 10. 148—150. (p. 94.)

hic est, quem non capit Africa Mauro,

*Percussa Oceano, Niloque admota tepenti
Rursus ad Æthiopum populos, nitosque elephantos.*

Hi versus multum negotii fecerunt interpretibus, qui primum laborant in distinctione. Henninius cum aliis punctum ponit post *tepenti*, et, sublata distinctione post *elephantos*, colon post Hispania. Rupertius distinxit, ut nos itidem fecimus, et bene quidem, nam in illa distinctione constructionem turbat vox *imperii*. Tum pro *altos* habent nonnulli codices *alios*, et Plathnerus coniecit *albos*, quod probat Cl. Jacobsius. Maxima vero difficultas esse videtur in voce *rursus*, inde R. coniecit *prorsus*, et Jacobsius *furvos*. Cave credas. Similis Locus est Manilii *Astron.* Lib. 4. 596, 602., quem Juvenali ante oculos fuisse puto:

*Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona,
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem
Inque sinus pontum recipit, qui vespere ab atro,
Admissus, dextra Numidas Libyamque calentem,
Adluit, et magnæ quondam Carthaginis arcet.
Litoraque in Syrtes revocans sinuata vadosus
Rursus usque ad Nilum directis fluctibus exit.*

Apud Manilium quidem adjectum est verbum *exit* et apud Nostrum desideratur verbum. Sed ex verbo *admota* assumendum est *extensa*. Talia non iusitata; cf. Perizon. ad Sanct. 4, 8. Tum desideratur copula, de quo supra dixi. Jam sensus: Ne Africa quidem sufficiebat Hannibali, quamvis maxima sit. Adluitur Oceano Mauro, extenditur usque ad Nilum, prætereaque ad Æthiopiam, ubi magni elephanti sunt. Magni Africæ elephanti memorantur eidem Manilio 4, 667.

Et vastos elephantes habet, sævosque leones.

Quamquam Bentleius hunc versum spurium esse iudicat. Nescio quam vere."

FONTES
QUOS
TACITUS
IN
TRADENDIS REBUS ANTE SE GESTIS
VIDEATUR SEQUITUS
PAUCIS INDICAT
J. H. L. MEIEROTTO.

BEROLINI:
SUMTIBUS JOH. CAROLI FRIDERICI REELSTAD.
MDCCLXCV.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

HOLY BIBLE

Continue

*Fair use policy applies

alicujus inter posteros historici vellet cuncta complecti? Quærite quidem Tacitus poterat et debebat, an qui existerent, unde hæc describere daretur; sed sperare ingredienti suam narrationem vix licebat, fore ut ob copiam scriptorum opera difficili sane colligendi, conscribendi, vel potius recens formandi integrum corpus superse-deret:

Auctores, quos rerum percipiendarum causa Tacitus
potuisset consulere.

Exemplaria quidem, quomodo historia recte conficeretur et apte conscriberetur, proximum, ut constat, ævum illi offerebat. Memorat ipse illos, a quibus quippe *claris scriptoribus veteris populi Rom. prospera, vel adversa memorata essent: temporibus Augusti,* inquit, *dicendis non defuere decora ingenia. Omitto Sallustium, rerum Romanarum florentissimum auctorem.* Ex mente sua, cæterum Cremutii Cordi ore Titum Livium eloquentiæ ac fidei præclarum imprimis nominat;² Asinii Pollionis, Mess. Corvini opera historica spectatissimis fide et libertatis sensu annumerat.³ Non hos tamen solos antiquioribus auctoribus, ex quibus historiarum et annalium argumentum haurire Tacitus nequaquam posset, merito annumeres; verum etiam Cremutium Cordum, quippe qui Augusto, sane hac lectione delectato, historiam suam prælegisse dicitur, præterea T. Labienum, cujus libri, teste Seneca, primum ex Scto exusti fuerant.

Neque Græcorum celebratissimi Dionysius, Diodorus, huc non referri debent, qui remota tantum tempora sibi pertractanda sumserant: neque vero a Plutarcho, quanquam infra Antonium et Augustum Othonis vitam describendo descenderat, magnopere rebus inde repetendis adjuvari, neque in ornandis exemplo instrui poterat; nam is sub Nerva et Trajano demum inclaruit. Græcus vero homo, isque externa commoratione, et vitæ annis ipsis remotior, non accuratius Romano res Romanas reddere posse videri debebat, neque liberius audere.

Numerosa tamen superesse videtur scriptorum classis, quos ob in- clarescendi studium omnino silere pigebat, qui vero vel tædio temporum, vel metu, ne cuncta et proxima quæque vel adeo præsentia narrando potentes irritarent, aliena et externa describere præoptabant. Huc in primis referendus videtur Cornelius Nepos, qui mente sane civi et Romana percitus, tamen potius Græcis aliena singulari amore prosequentibus rependere quasi operam malebat, quam res omnes sui ævi exponere. Sic post eum L. Arruntius, Sallustii alias imitator, bella Punica sibi scribenda elegerat; in quo argumento etiam C. Silius Italicum famam captare voluisse constat. Trogus quidem Pompejus mundi quasi origines se daturum professus, idque ingressus, tamen in rebus Macedonicis subsistere, historiamque inde Philippicam nominari maluit. Notissimum in eodem argumento declamatorem Curtium Rufum non est, quod hic memorem. Alii, qui in Romanis quidem rebus describendis consistendum sibi esse ducerent, compendii

¹ Annal I, 1.

² Annal III, 30.

³ Annal IV.

formam sequebantur, cujus lege prætexta accuratam quamque vitiorum et scelerum expositionem vitarent. Alii, cum Vellejo et Floro, Dominorum observantia et cultu abrepti, in foedam adulationem modo principibus viris, modo Romanis omnino datam sese effundere. Quibus nec silere volupe videretur, neque ad adulationem se demittere, hi partes aliquot rerum præsentium excerpere. Imperium e. g. Neronis, Domitiani, quæ vituperare per deos hominesque, et per ipsos tyrannorum successores licebat, religiose C. Plinius descripsisse fertur. Alii argumentum omnibus probatum, in quo offendere non possent, eligere; sic annales Vespasiani et Titi separatim scriptos invenies. Alii externa quæque, remotissima ab urbe, inque extremis finibus Romani imperii gesta literis consignare. Sic multi, ne res urbanas tangerent, situm et populos Britanniarum, ad ostentationem curæ et ingenii evulgavere, naturam Oceani, *quamquam non satis comperta, eloquentia percoluere.* Sic C. Plinius ipse omnium bellorum Germanicorum accuratissimus auctor audire, quam res Romanas tradendo sibi scriptisve periculum excitare maluit. Alii, principes quippe, qui sine periculo, non tamen sine modestæ laude id acturi viderentur, ad exemplum C. Julii Cæsaris res suas conscripserunt. Dum hic Augustum, M. Vipsaniam Agrippam, Tiberium, immo Claudium, et inter feminas principes Germanici filiam, Agrippinam Neronis matrem memorare licet, ex tot privatis contra vel ducibus, vel Consularibus, si ab antiquioribus Cicerone, Rutilio, Scauro discesseris, neminem fere vitæ suæ auctorem memorare datur. Si pauci modo scribere fuerint ausi; nullum propinquorum ea, quæ libere conscripta essent, in vulgus exire esse passum, apparet. De causis his aliisve, cur talia, vel cum cura conscripta, postea studio et admirationi legentium subtraherentur vel celabantur, Tacitum ipsum² audias. “Ac plerique, suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt: nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtreptionem fuit. Adeo virtutes iisdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At mihi, nunc narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit: quam non petissem, ni cursaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora. Legimus, cum Aruleno Rustico Pætus Thræsea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse: neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sævitum, legato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.”

Iniquius omnino tum scriptoribus omnibus fuisse consultum, si non alia omnia loquerentur, insignis Taciti nostri locus,³ foret indicaturus. “Igitur, ut olim plebe valida, vel, cum patres pollerent, noscenda vulgi natura, et quibus modis temperanter haberetur, senatusque et optimatum ingenia qui maxime perdidicerant, calidi temporum, et sapientes credebantur: sic, converso statu, neque alia re Romana, quam si unus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit: quia pauci prudentia honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis docentur, ceterum profutura, ita minimum ob-

¹ Vit. Jul. Agric. c. 10.² Agric. 1, 2.³ Annal. 4, 53.

lectationis adferunt." Restabant tamén forsan, iique non pauci, qui quas res viderant, et quarum pars magna fuerant, consignatas reliquerant. Meminit omnino Tacitus eorum, qui res per bella civilia gestas eo fere tempore, quo gestæ fuerant, aliis tradidissent.¹ Sed quum æninus quidem eorum nomen memoret, quum sic eos excitet, ut fidem penes testes sine nomine et auctoritate esse jubeat, facile judicari potest, Tacitum non magnopere illorum rationem habendam voluisse. Quin, quæ ex ejusmodi auctorum scriptis hauriantur, ideo non pro verisimilibus, minus vero pro affirmatis, duci debere alibi² aperte indicat. "*Nec sciri potest* — — — — — *Scriptores temporum, qui potiente rerum Flavia domo, monumenta belli hujusce composuerunt, curam pacis et amorem rei publ. corruptas in adulationem causas tradidere.* Taliū igitur auctoritati ex suo assensu pondus accedere nefas habebat.³ Ceterum testimonio cuivis, immo rumori, si iis semel divulgata per aliquod temporis spatium repetita, multisque probata fuissent, id tamen tribuendum putabat, ut in suam narrationem reciperet. *Vulgatis traditisque demere fidem non ausim.* Ideo sæpe sibi religioni ducit, testimonium aliquod omittere, quod usquam repererat, etiamsi rationes historię conscribendæ aliud quid suasissent. *Asseverare non ausim,*⁴ *quamquam alii tradiderint.* Certo quidem verbo, ut affirmatur,⁵ rumorem noster indicare, qui non omnino intercidit, et quamquam dignitatem testimonii non sit adeptus, auctori tamen omni circumspectanti non omnino omittendus videatur: Numerasse quippe illi videntur auctoritates, quasi iudices quas sententias. Ars ponderandi illa, et ex regulis critices suam cuique pretium statuendi nondum exstabat. Plinius in historia naturali exemplo sit, quem, quæ ipse primus literis mandare non sustinisset, referre tamen non piget, non quod vera sibi viderentur, sed quod auctoris cujusdam nomine commendarentur. Insigne non minus hujus incuriæ⁶ specimen Tacitus in sua originis gentis Judaicæ expositione edit. Videbat ipse probe, testimonia recentissimi cujusque et gravissimi esse prefe-

¹ Sic hist. L. 3. c. 25. *rem nominæ auctore Vipstano Messalla tradam. et c. 51. Celeberrimos auctores habeo.* Quos quum Tacitus se habere dicit, vulgus lectorum illos nondum in manibus habere inuit. *Celeberrimi* autem Tacito ideo vocari videntur, quoniam viri ipsi, qui res sic viderant, vel sic sibi fixerant; rebus gestis quidem omnino, si minus scriptis suis nominis famam essent adepti. Vipstanius iste Messalla ipse rebus gestis interfuerat; ideo auctor vocari potest, non quasi omnibus scripserit, sed quod familiaribus, forsan Tacito ipsi narraverit; quæ adeo ob auctoritatem tanti viri Tacitus tuto repetere posse videtur. Aliter scilicet noster loquitur, si literis consignatas quasdam narrationes se ante oculos habere significat. Tum ut hist. I. 2. c. 37. legimus: *invenio apud quosdam auctores.* item hist. III. c. 54. *Quidam eadem tradidere:* et Annal. 5, c. 9. *Tradunt temporis ejus auctores.*

² Hist. L. II.

³ Hist. II. c. 50. *Conquirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate cepti operis crediderim.*

⁴ Hist. III. c. 22.

⁵ Hist. II. c. 49.

⁶ Neque vero incuriam hanc Christianus Wormius emendare magnopere studuit, qui in eruditissimo sane *de corruptis antiquitatum Hebræarum apud Tacitum et Martialem vestigiis*, Hafniæ 1693 edito libello novas quasdam, non fere minus portentosas opiniones adstruit, non vero secernit neque dijudicat, ex quo fonte hævis depravata et corrupta Tacitus hauserit.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

**All you can read
for only**

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Itētem, quum eundem Vespasianum adyta templi Alexandrinū intrasse memorasset, adjungit: "Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Aegyptiorum antistites sic memorant — — — hęc de origine et advectu dei celeberrima." Adeo non displicuere nostro externa, ut potius cupide memorarit ea quę ab auctoribus et exteris et fide minus dignis repetenda forent, quam per Latinos scriptores nondum essent communicata. Cur, quęso, non eadem illi mens est, dum tractat res populi, qui per tot annos resisterat armis Romanorum, quique ne post Titi victoriam quidem contemnendus videretur, quippe ejus triumphati pręda, interque illam vasa, forte etiam codices sancte habiti, splendide ornati, Romę ipsi decus addere, inque Titi monumentis locum mereri viderentur. Nescio an viro cuncta circumspectanti, et gravissima quęque sectanti hęc negligere licuerit? Caesar imperator in ipso rerum gravissimarum et trepidarum, incipitium decursu origines, sacra et opiniones Germanorum, Gallorum, Britannorum adeo non sibi omittenda duxerat, ut potius commentariis suis brevitate et rerum pondere se commendantibus, hęc inserere necesse duxerit. Cur Tacitus vero credidit, se superseedere posse opera, hęc ex Judęorum sacris libris, quasi ex propriis sedibus et fontibus hauriendi et deducendi. Cur, quod promptissimum fuisset, non ex Josephi historia transtulit? Concedamus sane, Josephum non ita Romę fuisse æstimatum, quam quidem studium Judęorum vel Christianorum id de illo prædicat; concedamus nullum illi Romę positam fuisse statuarum, nullo Titi mandato Tacitum se adactum putasse, ut res in Judęa gestas ex solius Josephi narratione repeteret; sint hęc prava quadam gentilitum ambitione conficta; innotuit tamen certe Romanis vir is Gręca humanitate imbutus, quique cum militari quadam, dum res patrię afflictę sinerent, gloria Romanos et civiles quasi animos conjungeret; et si minus sua urbanitate et elegantia, Titi certe favore commendaretur. Josephi librorum fama non poterat non ad illos pervenire; qui de Judęis ejus ævi sibi omnino quid audiendum putarent. Romanorum de libris istius judicium ad istos posteris servandos non minus fecisse equidem censeo, quam intensum in istos Judęorum vel Christianorum favorem. Cur hos non adiit; cur eius narrationes non cum relationibus ducum Romanorum ivit comparatum? Cur ne gentis quidem primordia ex viro ejusdem gentis repetiit? Sane in omni Taciti historia nihil non tantum a vero adeo absorum, sed quoque ad judicium cujusque, qui posthabitis testimonis rem ipsam ex se eque natura perpendit, nihil magis absurdum inveniri potest, quam narratio de gente Judaica. Si omnes res memorata, omnes exterarum gentium origines ex tam impuris, vel, ut vere dicam, nullis adeo fontibus a Tacito sunt petita, misera sane posteritas; miserandi faciles lectores, qui sic ab his humanitatis doctoribus deludantur! Prima, quam adducit, opinio, ex pervulgata quadam inter Gręcos traditione repetita est: memorat Judęos Cręta profugos; argumentum e nomine Judęorum ducitur. Tum Tacitus statim subjicit, nulla ratione habita, an cum ista opinione conveniant, vel illi repugnent; quidam exundantem per Aegyptum multitudinem

inde exoneratam, plerique Aethiopum prolem. : Sunt qui tradant, Assyrios convenas. Clara alii Judæorum initia, Solymos esse, gentem Homero celebratam. Plurimi auctores consentiunt, ¹ Bocchorim hoc genus hominum, invisum deis, alias in terras evehere oraculo Hammonis jussum. ² Huic quidem narrationi plurimum fidei habere videtur. Primum enim, quasi in certo constitutus, directa oratione utitur: *Assensere*, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Tum vero defectum aquarum, ex Mosis narratione notissimum, cum asinis, *Mosis* si deo placet ducibus, miscet. Tum legibus Mosaicis, scilicet, non deformem asini cultum obtrudere; sabbati quietem ex sex omnino dierum itinere per desertum derivare; sacrificia arietum in contumeliam Hammonis, boum victimas ex odio Apis dei explicare; abstinentiam carnis suillæ ex scabiei contagio deducere; panis absque fermento pultem ac farraginem ex raptis subito frugibus subigere, fingere, coquere. *Alios* tum, nullo de alterutrius auctoritate iudicio adjecto, excitat, qui Saturnam, septimum planetarum, inde sacrum septenarium numerum in censum referunt. Tum de libidine hujus gentis, de odio generis humani, de auro templi, quæ recentissima a Romanis in hanc gentem conjecta erant crimina, cum antiquioribus Græcorum mendaciis, quasi quæ per certos testes fuerint comperta, confidentissime coagmentat; addit tandem epilogi loco doctrinam de animarum immortalitate, eamque ornat et aptat ad mentem septentrionalium populorum, qui animas per proelia vel supplicia injusta peremptorum reviviscere perhiberent. Tandem tamen, quasi qui meminisset, se iudicis temporum partes sustinere, unam saltem istarum traditionum non sine sua epierisi esse dimittendam videt: *Liberum patrem colit, domitorem Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis* Quippe Liber festos latosque ritus posuit; Judæorum mos absurdus sordidusque." Quasi antea ab ipso memorata melius inter se consensissent.

Videmus hic testium nec patriæ, nec ævi, neque vero ingenii, indolis, morum ullam fuisse habitam rationem.

Indicat quidem alibi, ³ se variis omnium gentium auctoribus esse usum. De Phœnice ave agens doctissimos indigenarum (Aegyptiorum) et Græcorum discernit. Ceterum neque hic, neque usquam auctorum suorum nomina apponit. Moris tamen erat inter Romanos, ut quorum auctoritatem in rebus exponendis essent sequuti, eorum quoque nomina ederent. Sic non tantum Varro in utroque opere, non Plinius major tantum in tam vasto et multiplicem copiam complexo opere accuratissime sua quæque ad nomina referunt; sed Julius Cæsar ⁴ quæ Eratosthenes de Germania dixerat, cum iis comparat, quæ ipsi usu venissent. Cornelius Nepos quam maxime in eo sollicitus est, ut ad Thucydidem quam sæpissime; ⁵ itidem tamen

¹ Quis quæso hos plurimos ab istis pterisque discernere queat?

² Hac ex Lysimacho sine dubio sumpta, Josephi melioribus adjumentis adhibitis si librum contra Apionem adire tanti fuisset, restituere et sanare potuisset.

³ Annal. 6. 28.

⁴ c. g. Bell. Gal. I. 6.

⁵ Themist. I. 7. 10. Pays. 2.

ad Homeri certam rhapsodiam; ¹ porro ad Cleonem Halicarnasense, ad Theopompum, Timzum, Dinonem, ad Polybium cuncta referat, quæ ex iis potissimum hauserat. ² Quis est, qui nesciat, quoties Livius non tantum in Punicis rebus Græcos Romanorum testimoniis adversantes inter se composuerit; quoties præcipue in prioribus decadibus Romanos, eosque non solum reconditos, verum etiam omnibus notos testetur? Quod an in civilium bellorum memoria fecerit, nos quidem quibus ista perierunt, ignoramus. Cornelius quidem non modo recentiores Rom. historicos Sulpicium, Attici librum annalem laudat, hosque cum relatis ab aliis quasi quos testes inter se comparat; verum etiam sermonibus quorundam, non rumoris levitatem, sed quasi testimonii historici auctoritatem tribuit. ³ Hoc nostro non omnino integrum erat, quippe qui versaretur plerumque in rebus in urbe vel in aula gestis, quarum accurata commemoratio, iis a quibus referrentur, odium, invidiam, seras pœnas excitare, immo gravissima scelera gentium et familiarum redintegrare potuisset. De viris et factis, quibus origo horum odiorum tribuenda erat, sententiam libere tulisse, id mala publica reducere erat. Audiamus ipsum conquerentem, se iniquiorem conditionem subiisse, dum historiam horum temporum sibi describendam statuerit. ⁴ “Nos sæva iussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentiam, et easdem exitu causas coniungimus; obvia rerum similitudine, et satietate. Tum, quod antiquis scriptoribus rarus obtrektor, neque refert cuiusquam, Punicas Romanasve acies lætius extuleris: at multorum, qui, Tiberio regente, pœnam vel infamiam subiere, posterum manent, utque familiæ ipsæ iam extinctæ sint; reperies, qui ob similitudinem morum, aliena malefacta sibi objectari putent, etiam gloria ac virtus infensos habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens.”

Etiam si igitur annales omnes, et commentarii domestici illi patuissent, tamen ubivis indicasse, unde quodque petierit, auctores rerum relatarum omnes nominasse, non liberum illi videri. Multos enim sæpe inter sese commisisset, dum unius nomen prodidisset. Porro, vel ubivis erant nominandi, vel, ubi hoc non impune facere videretur, ipso silentio erat prodendum, hic interesse alicujus, vel ejus propinquorum, ne lectores in vestigia deducerentur, quibus iste indicaretur, a quo hæc primum consignata, et cum Tacito fuerint communicata. Ideo ubivis nomina auctorum ommittere satius videri. Non omnibus quidem providentia et debita amicis cura hoc suadere. Ut unum afferam, Suetonius Tranquillus non tantum sæpe testes rerum a se narratarum appellat, verum etiam judiciale quasi testimoniorum comparationem instituit. ⁵ Verum vitæ talium scriptoribus hunc morem concedendum putabat Tacitus. Hi enim, quum de singulis quibusdam suo iudicio electis rationem sibi reddendam professi essent, testimoniis quoque certis hæc electa adstrui oportere putabant. Tacitus vero, qui omnia complecti vellet, fidem sibi haberi optabat,

¹ Dion. 6.

² Lysand. 3. Alc. 11. Con. 5. Dion. 6. Hann. extr.

³ Caton. I. ut M. Perperna consobrinus narrare solitus.

⁴ Annal. I. 4.

⁵ Jul. Cæs. c. 40. 49. Caj. Cal. c. 8.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

Know Your Bible

Forgotten Books'
Full Membership
provides unlimited
access to more than
28,000 volumes of
Christian literature for
\$8.99/month

**HOLY
BIBLE**

Continue

*Fair use policy applies

omnino neglexisse videtur; maluit sane alias imagines in natura hominum, in tenore et ductu solito rerum, inque vera actionum humanarum via reperire, repertaque ex suo potius, quam ex istis raris et obscuris vestigijs colligere et componere.

Fasti, Annales, acta diurna, Senatusconsulta, tabulæ publicæ.

Fasti, qui unus fons rerum olim gestarum erant, quique tum omnem rerum Rom. memoriam continebant, continuabantur ii quidem; multumque deliberabatur, ¹ quid illis inferendum foret. Sed quoniam non nisi publice instituta, triumphi, ludi, magistratum series, aliunde jam notissima, nulla caussarum vel affectuum habita ratione, iis inserebantur, Tacitus saltem inde, præter Consulium et magistratum annos et nomina, nihil in suam historiam transferre poterat.

Acta diurna senatus insignem omnino consiliorum, morum, immo vitæ et agendi rationis virorum principum, et ad rem publicam admissorum exhibuissent copiam historico, si semper animi sensa, verè dicta, et actitata præ se tulissent. Species aliqua talis integritatis et curæ reperitur, ² nihil de Postumi cæde Tiberius apud senatum diseruit: patris jussa simulabat. Iterum: Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura reperio, nullo insigni officio functam. ³ Verum in externis subsistebant hæc acta; vel si animorum motus et mentem tangerent, ipsa istius ævi vitia, studium partium, adulatio, metus, humilitas animorum tum præerant istis actis consignandis: neque quod honestum verumve esset, inde disceres, verum solum quod necessarium et tutum dictu.

Manebat quidem, ut notum est, forma rei publicæ. Tiberius ⁴ non primo solum ad imperium accessu, et ambiguis adhuc imperandi, cuncta per consules incipiebat, tanquam veterè re publica. Ipsæ adeo reorum causæ, quos principes percellere vel supplicijs afficere vellent, in senatu adhuc agebantur. Pro tot obvijs exemplis unam Tiberii professionem afferamus: ⁵ "Tiberius, quæ in Silanum parabat, quo excusatius sub exemplo acciperentur, libellos divi Augusti de Voleso Messalla, Asiæ Proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari jubet."

Res adeo ad domum Augustam pertinentes sententijs senatorijs et senatusconsultis tum temporis peragi videbantur. Sic ⁶ Augustus multa sævaque de moribus Agrippæ Postumi questus, ut exilium ejus senatusconsulto sanciretur, perfecerat. "Sed uti jam Augustus perfecisse dicitur; sic Tiberius, quæ circa Agrippinæ, et Germanicæ prolis interitum per senatusconsulta confieri deberent, ipse scilicet cuncta non tantum flexit, sed et effecit. Igitur res in senatu quidem propositas sed nequaquam a senatu actas continebant istius temporis SConsulta; solius principis voluntas, et patrum obsequium perscripta ibi iri repertum probe vidit Tacitus. Exstabant præterea literis multa consignata, quas tabulas quasdam publicas recte diceres. E. g.

¹ Annal. I. 15.

² Annal. I. 6.

³ Annal. III. 3.

⁴ Annal. I. 7.

⁵ Annal. III. 68.

⁶ Annal. I. 6.

Augusti testamentum, quod per virgines Vestales curiæ illatum, igitur caste habitum, etiam sancte, quis dubitat, posteritati fuerit transmissum.¹ *Exstabat libellus Augusti manu perscriptus, quo opes publicæ continebantur, quantum civium, sociorumque in armis: quot classes, reges, provinciæ, tributa, aut vectigalia, et necessitates ac largitiones.*² Insigne sane conscribendæ historiæ fundamentum, si quotannis sic status, quem nos vocamus, totius imperii fuisset consignatus. Sed quoniam non nisi post mortem Augusti fuerat prolatus libellus, præteriti igitur temporis res continebat; quoniam Augustus ipse huic libello consilium addiderat, cœercendi intra terminos imperii, quod aliis metum, aliis invidiam Augusti arguere videbatur, quisque sane intelligit, hoc inter arcana imperii fuisse habitum, et si quid tale imperante Tiberio, qui vel in certissimis rebus tectus videri amabat, fuisset conscriptum, nequaquam sane cum senatu, cum alio quo cive, præter principes, foret communicatum. Sane invidiam et suspiciosum Tiberii animum ex illis, quæ sibi scriberentur non multa ejusmodi sponte et sua voluntate aliis et posteris reliquisse censeamus. Turbæ circa exitus sequentium imperatorum, direptiones in ipsa urbe, incendium Capitolii, bella civilia in urbe gesta multa ex relictis adhuc abstulisse videntur. Quamquam jam metum temporum istorum, tædium rerum præsentium et sollicitudinem privati cujusque, quæve alias posterorum quoque curam posthabere suaderent, non multa relinquere voluisse putemus. Exstabant tamen et a Tacito adhibebantur multa edicta principum, et literæ publice datæ. Adeo sollicite Tacitus ista collegit, adeo religiose inde cunctas res in historiam vel annales transtulit, ut videamus, ab isto ne ea quidem neglecta fuisse, quæ vel parum momenti ad posteritatis memoriam, ne vim quidem ad lectorum animos movendos vel retinendos haberent, quæve splendescere unquam posse in sua narratione merito desperaret. Exemplo sit historiæ alicujus ignoti, qui pro Druso Germanici filio haberi, et eo nomine turbas, si posset, excitare voluerat. De quo Poppæus Sabinus ad Tiberium retulerat:”³ se peragrata Macedonia provincia, Græciæ oram iustrasse; Nicopolin, Romanam coloniam ingressum, id demum cognovisse, sollertius istum (qui pro Druso se venditaret) interrogatum, quisnam foret, dixisse M. Silano genitum: multis sectatorum dilapsis, ascendisse navem, tanquam Italiam peteret. “Integer et a ficto falsoque aversus Taciti animus tum addit: neque nos originem finemve ejus rei ultra comperimus.” Quicquid igitur in litteris talibus ad imperatorem vel senatum a ducibus datis, quicquid in edictis principum ad civium vel provinciarum notitiam pervenisse sciebat, id posteros quoque ignorare nolebat. Quæcunque Jul. Cæsar de Britannia, quam Romanis aperuit, sane non contemnenda in commentarios retulerat, ea non curare videtur, quicquid vero præfecti et Proconsules ejus, quod describit, ævi, per omnes annos de ista insula, deque rebus a se ibi gestis Romam publice perscripserant, id adeo diligenter in Agricolæ vitam⁴ transtulit, quasi de manu in manum ad posterorum memoriam transmittendum sibi foret commissum. Hinc

¹ Annal. i. 8.² Annal. i. 11.³ Annal. 5. 11.⁴ c. 13-17.

Tacfarinatis historiam bellumque per plures annos ductum adeo prosequitur, ut qui non ducum relationibus edoctus, sed coram interfuisse rebus gerendis videretur. Hinc Drusi et Germanici expeditiones quanquam annalibus tantum inclusæ, hanc vim ad lectorum animos habent, quasi omnia coram videas, quoniam ab iis, qui interfuerant, relata ante oculos habebat Tacitus. Hinc commemoratio eorum, quæ Titus Vespasianus in Judæa, alii in Armenia, inque Parthorum finibus gesserant, longe certissima est et accuratissima. Res in finibus imperii gestas et remotas igitur satis fideliter transcribere poterat Tacitus. Sed unde res domi gestas, et virorum urbanorum facta et dicta cognoverat? Exstabant multa principum edicta, quibus animi sensus, vel quæ de se existimari vellent, cum populo communicabant; quibus populi cogitationes regere, mentes ipsas modo flectere modo fallere volebant. Tali edicto¹ Tiberius non tantum senatum in decernendis Augusto honoribus moderare instituit, sensuque modesto, quem spirabat edictum, sui ingredientis imperium spem gratam excitari voluit; eandemque speciem moderationis, quam Tacitus tamen adrogantem² vocat, retinens populum monuit, ne immodestiam olim significatam jam repetere vellet.

Orationes, epistolæ, sermones, rumores.

